VT aũt predicta magis elucescant. declaremus per practicã et per exempla. Modus aũt exercendi est iste. q̃ si alicui proponatur aliqd ad affirmandũ vel negandũ. quod possit intelligi per rõnẽ. statum debet accipere eius oppositũ contradictorium et facere duas partes oppositas. ꝯs impossibile est simul esse veras nec falsas. sed de necessitate oportet solum vnam partem eẽ veram et aliam falsam. et tũc si vult cognoscere. quam partẽ teneẽ et debet affirmare ⁊ credere. cum tantum possibile est vnam partem eẽ veram. debet comparare ambas partes inter se. et postea ad hominem ⁊ per ista cõparatione videbit que pars est magis amabilis. et desiderabilis de se. ⁊ que pars magis cum eo. ⁊ cum maiori eẽ et maiori bono. Et dum comparabit ambas partes ad hominem. videbit que illarum partiũ est bonũ homis. que ẽ priuatio boni hominis. vel q̃ erit ad maius bonum hominis. scz ad maius gaudium cõsolationẽ et securitatem. et sic de alijs. ⁊ sic statim apparebit que pars est p homie. et que est cõtra hominem. vel que est magis pro homine. ⁊ tunc facto isto discursu. statim debet affirmare ⁊ credere illam partem que est pro homine. vel que magis est pro homine. Vel que est contra hominem. ⁊ que minus pro homine negare et refutare. Qr̃ posꝫ ẽ vna sola possit affirmari ⁊ credi. et non simul ambe. debet illa affirmari et credi que est pro homine. et non illa q̃ est cõtra hominem. vt verbi gratia. Illa proponatur deus est. Fiant statim due partes oppositẽ s. deum esse. et deum non eẽ. ⁊ comparentur iste due partes inter se. et videamus que conuenit cũ eẽ et cum bono et cum maiori eẽ. et que non. Ista ps deum eẽ. q̃ ponit infinitum eẽ. et infinitum bonum. quo maiꝰ cogitari non potest. quia deum eẽ significat hoc. et alia opposita. s. deum non eẽ. priuatur infinito esse et infinito bono. Magna ergo differentia est inter infinitum eẽ ⁊ infinitum bonũ et inter infinitum malum. Ulterius videamus que istarum ẽ ad bonum hominis. vel deum eẽ vel deum non eẽ. Nonne ista pars deum eẽ. Quia ex ista pte deum eẽ. sequitur maximum bonum homini. s. gaudium. cõsolatio. spes. et fiducia. Et sic melius est homini deum esse ꝯ

Qr̃ deum eẽ est credendum

deū non eē. quia ex ista parte deum non eē. malum et non bonum sequitur homini. Ergo homo tenetur de iure nature affirmare et credere istam partē. deus est. et recipere in seipso tanq̄ magis amabilem et desiderabilem in se et meliorem et vtiliorem sibi. et non aliam partem nullo modo amabilē. nec desiderabilem in se. nec bonaz nec vtilem homini. immo pūtem bonum suum. ideo odibilē. Aliter vteretur homo intellectu suo ad malum suum et contra seipsum. quod non cōuenit homini inquantum homo est.

Quale enim bonum poterit sibi dare ista deus non est. Qualis fructus poterit sequi ex ista. Et quare homo vult se iungere parti sterili et sine fructu. q̄ priuat suum bonum. Quare vult alli dare locum in corde suo. et dare sibi fidem. ¶ Nonne melius est se iungere et habere fidē cū parte fructuosa q̄ ponit suum bonum. ¶ Nonne melius est sibi dare locum et fidem suam. Si enim homo socier se cum ista parte. deus est et recipit eam in intellectu suo credendo. affirmando. et adherendo vt plantet eam in se ecce quāta bona sequuntur ex hoc. ¶ Nam intellectus efficitur exaltatꝰ ac nobilior. excellentior. et dignior. et recipit magnum incrementum et ascensum perfectionem. et vadit de non eē ad eē. eo q̄ coniungit se cum parte magis amabili. et que magis conuenit cum eē et cum bono. et recipit influentiam ab eo. quia intellectus efficitur illius nobilitatis et dignitatis et perfectionis. quale est illud quod credit Ideo debet se totum dare parti nobiliori et perfectiori. Si autem socier se cum parte opposita. q̄ est. deum non eē. tunc intellectus efficitur prauus. et fēdit ad nichil et ad non eē et ad mala infinita. Quare concluditur q̄ homo de iure nature tenetur et obligatur affirmare istam partem. deus est. et aliam partem et oppositam negare et refutare. deus non est. Et hoc dicitur omnis creatura hominī. q̄ hoc debet facere. Sed vlterius sequitur q̄ verum est. deum eē. quia postq̄ homo de iure nature tenet et obligat hoc credere et affirmare. et natura non mentitur. ergo sequitur q̄ hoc est affirmabile et credibile et verum. quia homo nō obligatur naturaliter ad falsum sed obligatur naturaliter ad verum. ergo sequitur deum esse

¶ Secundo concluditur q̄ hoc est verum. ex tali debito nature. quia in natura nullū falsuz est. nec est obligatio naturalis ad falsum. Ecce ergo modum et practicam trahendi homines non credētes ad credendum et ad affirmandū illa. q̄ nō intelligunt per rōnem. et per istum modū intellectus roboratur et cōfortatur vt firmius credat.

¶ Aliud exemplum de vnitate dei.

¶ Titulus. lxix.

Vlterius vt magis arguideatur. ponatur exēplū. Si est tantū vnꝰ deꝰ statim fiāt due partes vt dictum est. et

sunt iste. deum eē tantum vnū et deum non esse tantum vnum sed plures. De necessitate ergo earum vna est vera tantum et non ambe. Ut ergo cognoscam⁹ quā partē debeamus affirmare ⁊ credere. cōpemus istam ptem de⁹ est tm̄ vn⁹. ad aliā sibi oppositam. ⁊ postea ad hominē. ⁊ tandē processum faciamus sicut i alio exēplo. Uñ statim apparebit q̄ ista. deus tm̄ est vnus. est magⁿ amabilis q̄ ista plures dij sunt. q̄ ista magis cōuenit cū bono hominis.

Ti. lxviij Tm̄ vnū esse deū ē credēdū.

Ti. lxviij

Nam vide quanta mala sequerentur ad istam. plures sūt dij sepati et diuisi inter se. p̄ voluntatem et substantiam. potestatē et sapientiā. Nam si sint plures. quilibet habebit suam propriā volūtatē. ⁊ per consequēs poterit esse diuisio et discordia i ter eos ⁊ quilibet diligeret honorem proprīū. tunc homo esset in magna tribulatiōe ⁊ pena. imo totum vniuersum destrueretur ex eorum discordia. ⁊ etiā homo nunq̄ esset securus neq̄ in quiete. nec pace. immo natura non posset pati duos dños nec duos deos. sed si tātum est vnus dominⁿ et deus. vitātur multa mala. et sequuntur infinita bona. Et sic bonum est homini esse tātum vnum deum ⁊ dominum. Et esse plures deos seu dominos est valde malum. imo pessimum homi. et est cōtra hominem. Et ideo homo debet credere et affirmare istam partem. scilicet esse vnum ⁊ singularem dñm et deum. et debet negare aliam partem. Tunc

Ti. lxviij

vlterius. sequitur q̄ verum est q̄ est tantum vnus solus dominus et deus ex obligatione vt supra in predicto exemplo.

¶ De productiōe diuina in se.

Titulus. lxx.

ITem si proponatur vltra hoc. si deus pdurit filium de natura sua sibi summe equalem. vel si in deo non est productio de ppria substātia ⁊ natura. Certe magⁿ est amabile deū esse productum de sua substantia. q̄ sterilem et non pductuz. quia homini est magis desiderabile. q̄ deus suus est tante potentie et virtutis. q̄ ipe possit deū producere de seipso q̄ non posset. Etiam quia ex hoc q̄ deus produxit ex se deum et filium. In hoc arguitur maxima cōmunicatio. et ex hoc homo capit quandā fiduciam de cōmunicabilitate dei. quia de⁹ totam suam substantiam potentiam et sapientiam. cōmunicat vni alteri. Si autē non cōicaret. non esset ita bonus nec summe cōicatiuus. ꝛ multo melius est deum habere se sūme cōmunicatiuum q̄ eius oppositum. vñ ex hoc pōt homini surgere gaudium et solamē magnum erga deum si totum communicat quicquid habet. et q̄ nihil retinet quod non communicat. Sed ex parte opposita scilicet q̄ in deo nulla est productio de sua propria natura nullum bonum sequitur homini. et etiam est iocundus deum credere fecundum et non sterilem. quia qui credit oppositum diminuit deum. et per consequens bonum hominis. Qui autem affirmat deum habere

filium de sua propria natura generatum dat deo esse summū bonum et per consequens affirmat bonuz hominis. Quare sequitur q̄ homo tenet affirmare et credere in deo esse plenaz productionem de sua natura z negare oppositū. q̄ prima ps est ad bonum hominis. z scōa pars ad malū hominis. q̄ diminuit bonum hominis. quia ꝯtum bonum sequitur homini de vno. tantum malū sequitur ei et eius opposito. quia ꝑtat totū bonum hominis.

¶De omnipotentia. sapiētia et bonitate dei.

Titulus.lxxi.

ITem bonū est homini habere deum omnipotentem summe sapientem. et summe bonum. et oppositū esset malū hominis. s. non habere deum omnipotentem neq̄ summe sapiēt m. neq̄ summe bonum. Et ēt conuenit homini habere deum ita potentem. ita sapientem. ita bonum. quo cogitari nō potest vltra. et oppositum ei⁹ est totum malum hominis. Quare sequitur q̄ homo debet affirmare et credere illud quod deo magis conuenit et sibi inquantuz homo est. Et hoc est totum illud quod magis cadit ad esse ꝯ ad non esse.

¶De veritate dei et fidelitate et alijs proprietatibus.

Titulus.lxxii.

ITem bonum est homini habere ꝺm veracem. ac summe veracem. et summe fidelem summe benignuz summe pium et summe clementem. et misericordem. et oppositum eius est malum hominis. ergo hō tenetur affirmare z credere deum veracem. fidelem ꝛc. et etiam negare oppositum. q̄ tenetur facere bonum suum et non malum suum.

¶De creatione.

Titulus.lxxiii.

QUia bonuz est homini habere deum ita potentem q̄ omnia creauit ex nihilo. celum. terram. mare et omnia in eis contenta. et oppositum ei⁹ est malum hominis vel est non bonum homini. est etiam bonū homini q̄ de nihilo fuit creatus. et melius ꝯ si esset factus de aliquo. quoniam ex hoc oritur maior confidentia. maior spes et securitas quia si de⁹ potuit eum facere talem ex nihilo etiam potest eum resuscitare et restaurare quando in aliq̄ quasi nihil redigitur et poterit eum exaltare et facere eū multo maiorem. Si autem deus fecisset hominem de aliquo. homo non haberet tantam spem de sua potentia sicuti modo habet. quia maior est potentia ad creandum. ꝯ ad faciendum sine etiam comparatione. Debz igitur homo affirmare potius illud quod est ad totum bonum eius ꝯ contrarium eius et qd est ad totum malum eius. Et vltimo sequitur tūc q̄ verum est q̄ deus creauit omnia ex nihilo. et q̄ homo est ex nihilo creatus. eo modo quo iā dictū est.

¶De incarnatione.

Titulus.lxxiiii.

Retrea melius est homini q̄ deꝰ sit homo factus et hūanitas vnita sit deitati in vna persona. cōtra eius oppositum. imo hec vnio est summa perfectio summa nobilitas. summa dignitas. & sūma exaltatio. ac summū bonuz hominis. et maius quod possit esse. Ergo qui affirmat & credit q̄ nūq̄ deus fiet homo. nec possit fieri. amouet quantum in eo est summam et maximā pfectionem hois. et puat humanam naturam tanto bono ergo talis est inimicus hois inquantum homo est et humane nature. et est contra hominē. Ergo melius est homini affirmare et credere q̄ deus factꝰ sit homo. cōtra eius oppositum.

¶ De conceptione filij dei & humana natura.

Titulus. lxxv.

Item melius est homini et dignius affirmare et credere q̄ ille homo cuius dignitas vnitas est deitati sit conceptus de spiritusancto cōtra de semine virili. et sine carnali concupiscentia. et melius et dignꝰ est credere q̄ sit natus de virgine cōtra de muliere corrupta. quia in omnibus his nobilitat humana natura. quia cum ille homo sit nobilior et excellentior omnibus hominibus. nec possit esse nobilior. nec magis exaltatus. melius est et dignius. vt habeat omnem nobilitatem et dignitatem er parte sue conceptionis et natiuitatis. et melius et dignius est credere hoc cōtra eius oppositum. quia hoc ponit nobilitatez in humana natura. s. q̄ habet talem hominē. et oppositum poneret indignitatem et ignobilitatem in natura humana. et etiam hoc est summe amabile & desiderabile homini inquantum homo est. q̄ humana natura intantum sit dilecta deo. q̄ ipse deꝰ dignatus est esse homo. et hoc est pro homine. aliud vero contra hominem.

¶ De resurrectione mortuorum

Titulus. lxxvi.

Iterius melius est homini affirmare & credere resurrectionem mortuorum i corpore et anima. cōtra eius oppositum et q̄ tota natura humana resurget a mortuis. et mutabitur in immortalitatē. qm̄ affirmare et credē hoc. ponit hominem et naturam humanā i maximo gaudio. spe et fiducia. ac consolatione magna et dignitate. exaltatione et ornatu. qō bonum exaltat eum super omnia alia animalia. Credere autem et affirmare oppositum. nullū bonum ponit in natura humana. imo omne bonum remouet et priuat. Ergo ille q̄ affirmat et credit oppositum. est cōtra hominem et est inimicꝰ hominis inquantum homo est. et per consequens est contra seipsum. Vnde etiam summe amabile est vt homo credat se et totam naturam humanam in futuro debere resurgere et oppositum eius est valde odibile et tristabile. Item melius et iocundius est homini credere q̄ iam aliquis resurrexit a mor-

tuis ad vitam immortalem. ꝯ q̄ nullꝰ resurrexisset. quia hoc ponit hominem in maiori fiducia et spe et consolatione future resurrectionis. Si autem ad hunc nullus resurrexisset nō esset tanta spes aut tanta securitas in homine de futura resurrectione. Si autē aliꝯ credat futuram resurrectionē gñalem. et non credet aliquē resurrexisse. minorē habebit spem et confidentiam de hoc q̄ ipemet resurget. ille autē q̄ vtrunq̄ credit. habet maiorem spem ⁊ confidentiam. ergo hoc est homini melꝰ credere ꝯ eius oppositū.

¶ De ascēsione ad celos.

Titulus.lxxvii.

PReterea melius est affirmare et credere. q̄ iam aliquis homo ascendit ad celos ꝯ eius oppositū. q̄ ex hoc sequē maxima spes consolatio ⁊ securitas ac gaudiū humane nature. ac etiam ponit maximaz dignitatem et exaltationē in humana natura. et maximū desiderium eundi ad celum et relinquendi terrā. Oppositum autē credere nullum bonum facit homini.

¶ De iudicio vniuersali.

Titulus.lxxviii.

ITem melius est homini credere et affirmare. q̄ iudicium fiet vniuersale in q̄ omnes homines recipiēt a deo suā vltimam mercedem sm opera sua ꝯ credere eius oppositum. quoniā ex hoc homies inducentur ad operandum bonum. et ad meliorandum opera sua vt remunerentur. et ad fugiendum mala opera. ne puniantur aut condemnentur. Item est necessarium homini credere et affirmare si vult esse bonus. et conuenit ratione liberi arbitrij homini. q̄ cum homo per liberum arbitrium posset facere bonum seu malum. et non compellitur ab aliquo. et tamen tenetur esse bonus et non malus.

¶ Summe vtile est et necessarium homini credere et affirmare futurum esse iudicium. in quo vnusquisq̄ recipiet sm q̄ gessit in corpore summum bonum vel summum malum. summam gloriam vel summam confusionem. si autem non credit tunc non conabitur ad bonum. immo viuet sm carnem vt brutus. et insequetur concupiscentias carnales et delectationes carnis.

¶ De immortalitate anime.

Titulus.lxxix.

ITem melius est homini credere ⁊ affirmare q̄ hō animam habeat immortalem. ꝯ eius oppositum. quoniam hec est magna exaltatio et dignitas et bonum humane nature. et per hoc magis separatur a bestijs et appropiquat deo ⁊ gñatur in homie magnū gaudium magna spes et fiducia. Ita eñ credulitas sine cōparatione est multo melior ꝯ credere animē mortalitatem. q̄ si credat mortalitatem ipsius animē. quid iportat gaudij seu consolationis? nulla aūt consolatio potest esse in illo. sed tristitia et desolatio. Sed q̄ hō

tenetur credere illa. per que in ipso maius generatur gaudiū seu cōsolatio et spes. nā habere spem est magna consolatio ⁊ magnū bonum. habere eius oppositum est magnū malum et desperatio. Et sic qui non vult credere illa per que generatur in homine magna consolatio et spes. facit contra seipsum ⁊ contra hominē inquātum homo est. et est causa sue desperationis.

¶ Conclusio de omnibus istis de fide christiana.

Titulus. lxxx.

QUia ergo quicquid continetur in fide christiana est magis amabile ⁊ desiderabile homini inquātum homo est. ꝯ eius oppositū. vt nichil est magis amabile ⁊ desiderabile. ꝯ illud quod conuenit cū bono hominis et cum esse. Sed fides christiana magis conuenit cum bono hominis et cum esse perpetuo. ergo ipsa magis est desiderabilis ꝯ eius oppositum. Item ex credulitate fidei christiane. sequuntur infinita bona ⁊ gaudia hois inquantum homo est. s. eum esse creatum ad ymaginē sui creatoris deum esse hominē propter ipm hominē. debere resurgere cum eodem corpore glorificato. ipm debere perfrui eterna gloria. ⁊ similia. que generant in homine maxima gaudia. Oppositū vero eius nullū eorū generat. sed priuatio toti⁹ boni sui Sequit erinde. q̄ quilibet homo teneꝫ de iure nature. credere fidē christianā ⁊ negare ei⁹ oppositum. quia eum oportet audita et intellecta fide christiana. eam affirmare vel negare. et eius oppositū credere vel refutare. posit ꝯ ergo ē melius homini credere fidem christianam ꝯ oppositū ei⁹. sequitur q̄ etiam tenetur poti⁹ credere et affirmare illud qō est ei melius. quia ipse non debet vti suo intellectu ad ipsi⁹ malū et tristiciā. sed ad gaudiū et consolationē. et ad bonū ipsi⁹. sicut factū est alie creature. Aliter sequereꝫ q̄ homo esset deuiatus ⁊ alienat⁹ a seipso. ⁊ a rōne ⁊ ab ordine omniū creaturarū. nec facit vt hō. imo contra hoīem inquantū homo est. et ad suum malum et dānum. et non ad suam perfectionem ⁊ ad suum bonum. Et quia homo inquantū homo. non est cōtra hominem. sequitur q̄ qui non vult affirmare et credere fidem christianam. q̄ ille habet aliquid intra se quod est contra hominem et inimicatur homini et destruit bonum hominis inquantum homo est Ulterius sequitur q̄ fides christiana nullo modo est contra naturam imo pro natura et pro bono nature ad cōplementum nature et ad eius perfectionem. quia est ad exaltationem et dignificationem nature humane. propter quam omnes alie nature sunt facte et cui omnes alie nature seruiūt. et per consequens oppositum fidei est cōtra naturam ⁊ pro malo nature. quia vilificat ac destruit naturā humanā quātum in eo est. et per consequēs omnes alias creaturas infe-

riores. quia vt dictum est omnes alie creature sunt facte ꝓpter hominem. nam qui nocet domino nocet omnibus subditis domini. Ulterius sequitur q̄ qui credit et affirmat fidem christianam nullo modo est increpabilis neq̄ a deo neq̄ ab aliqua creatura. q̄ credit quod melius est pro humana natura. Et licet q̄ fides christiana non esset vera quod est impossibile. excusatus esset cor̄ deo et omnibus creaturis. quia affirmat et credit partem meliorem ⁊ magis amabilem ⁊ que magis est pro bono vtilitate ⁊ perfectione hominis inquantum homo est. ⁊ hoc tenetur facere. hoc enim clamat omnis creatura. et qui facit quod debet est excusatus in omnibus. et qui facit oppositum ille increpandus est et culpa dign⁹ a deo et a natura et ab omni creatura. et nullam habet excusationem. quia relinquit q̄ bonū est ⁊ elegit malū ⁊ partem magis odibilē neq̄ vtilē.

¶ Alia confirmatio ad debitū.

Titulus.lxxxj.

Item etiam q̄ non solum fides christiana est magꝫ amabilis et desiderabilis q̄ eius oppositum. sed etiam est publicata predicata annūciata preconizata per orbem vniuersum. per homines etiā sanctissimos omis nationis etiā credere nolentibus sunt damnationes eterne pronosticate. Et credentibus eterna p̄mia sunt promissa. Etiam pro confirmatione ⁊ veritate fidei christiane q̄ plures mortui ⁊ martirizati sunt volūtarie. Oppositum vero fidei non est predicatum neq̄ annunciatum per vniuersum orbem cum cōminatione pene eterne. neq̄ cum p̄missione vite eterne. neq̄ etiā pro sustinēdo oppositum fidei mortui sunt plures et deuoti viri. Etiam in ipsa vixerunt infiniti homines. nobiles et magnates laudabiliter ⁊ mānsuete vsq̄ in finem. Omnia ergo ista ⁊ plura alia reddunt homines non credentes neq̄ affirmātes fidem christianam inexcusabiles et culpabiles ⁊ vigorant et confirmant credentes et faciunt eos stabiles in fide et omino excusabiles. Tutum est ergo ⁊ securum stare in fide tā rationabili in qua homo credit suam perfectionem et bonum. ad quod est factus a deo et ordinatus. ¶ Ecce ergo qualis cognitio generatur in nobis dum cōparamus hominem ad alias res inferiores per conuenientiam ⁊ differentiam. quoniam ex hoc magis cognoscimus nosmetipsos. ac nostram naturam ac debitum et obligationem. et sic generatur scientia de homine inquā-tum homo est.

¶ De comparatione hominis ad alias res prout homo est ⁊ penes differentiam liberi arbitrij per quod fit cognitio certissima de homine ⁊ operibus eius que immediate ducunt hominem in cognitionem dei.

QUoniã autẽ cognitio de deo que ouĩ ex propria natura est nobis certior et magis familiaris et placẽs ideo quantũ possumus laborare debemus vt cognoscamus naturã hois. ⁊ per nostrã naturã quã intra nos habem⁹ cognoscamus deũ et omnia de deo. qua tũc cognitio ẽ nobis valde propinqua cum est intra nos. Quamus autem multis modis per comparationem hominis ad tres gradus inferiores cognouerimus deum esse et suas proprietates. tamẽ ad huc restat alius modus valde securus ⁊ grossus. ⁊ qui ab omnibus potest videri faciliter q̃ quem nascitur cognitio de homine ⁊ de operibus eius que vltra ducit in cognitionem dei certissimam. Iste autẽ modus est per differentiam liberi arbitrũ. Unde aũt oẽs res trium graduum inferiorũ carent libero arbitrio. Ideo operantur sua opera nõ libere ⁊ voluntarie. sz ex necessitate nature vel ex impetu. nec habent potestatem ⁊ dominiũ suarũ operationum. nec cognoscũt sua opera nec̃ iudicant de suis operibus nec sciunt quid faciũt. ⁊ hoc est qz nõ habent liberũ arbitriũ. sed homo qui est in ẽrto gradu ppter hoc quia habet liberum arbitrium. ideo est dñs suarum operationum. Ideo operatur libere et sicut dominus et non ex necessitate ⁊ potest iudicare de suis operibus ⁊ deliberare antec̃ faciat. Ista ergo est generalis differentia hois ex vna parte ⁊ oim aliarũ rerũ ⁊ operationũ illarum ex parte altera. quia homo inquantum homo operat ex libero arbitrio. sz alie res operantur ex necessitate. Exinde sequit̃ q̃ operationes homis inquantum hois. multũ differũt ab opationib⁹ aliarũ rerũ. ⁊ sunt alterius cõditionis ⁊ alterius nature. Nã opera hominum sunt dignissima et nobilissima de sua natura eo quia sunt facta cũ deliberatione ⁊ libertate voluntatis. q̃ nõ capit estimationẽ. et excedunt in dignitate sine mensura opera aliarũ rerum. Item propter istam differentiam sequitur q̃ opera hominis dicũtur sua. quia sunt sua potestate facta. sed opera aliarum rerum non sunt ipsarum rerum que operant. qz potius agunt̃ q̃ agunt. Item sequit̃ ex hoc q̃ opera hois imputantur homini. sed opera aliaꝝ rerũ non imputant̃ eis. Item ex ista differẽtia sequit̃ q̃ opera hois inquantũ hõ est sunt laudabilia ⁊ honorabiliora vl vituperabilia approbabilia vl reprobabilia. ⁊ sunt remunerabilia et punibilia. Et iõ iudicabilia ⁊ examinabilia. Uñ in hoie remanet aliq̃ qõ nõ est opus. sed sequit̃ ad opus. ⁊ hoc est meritũ vel demeritũ seu culpa. Ista q̃ ipsa opa postq̃ sunt facta relinquunt in hoie meritũ vel culpã. ⁊ hoc est ideo quia operatur cũ libertate ac ratione vel volũtate. Sed opera aliaꝝ rerum nõ habent tales ꝓprietates eo quia nõ sunt

Opa hominis dicunt̃ sua

Imputat sibi.

Sũt laudabilia.

Et sũt culpabilia.

tales.et ideo opera hoīs ordinant hominē vestiūt ac ornāt vel maculant ꝛ viciant hominē ꝓpter illud qō remanet ex ipsis. Ulteriꝰ qꝛ homo bene potest operari vel male.ꝛ hoc voluntarie.et ex hoc generaī ꝛ remanet in homie culpa seu premium. Ideo vltra opera hois debeī de iure nature aliqō.scz premiū vel pena qō nō debeī operibꝰ aliarū rerū. Uñ homo tenetur operari inquantū poterit.quia non debet esse ociosus. quia debet implere mūdū suis operibus.sicut alie res cōtinue ꝛ incessanter operāt ꝛ non sunt ociose.et tenetur melius operari quo poterit sicut faciunt alie res. Nam ex hoc decoratur vniuersuz ꝛ totus ordo creaturarū. quia non ꝓpter hoc habet libertatem.ſ. vt nō operetur.sed vt nō male operetur. // Et si homo tunc facit ꝛ operatur mala tunc vult mala operari et non bona. cum poterit // ita bene bona facere sicut cetere res faciūt bona.et ergo ipse solus destruit ordinem creaturarum et lecit propriam naturam et diminuit bonum ꝓprium ꝛ corrumpit seipsum.ꝛ ipse perturbat armoniam totius vniuerſi cuius ipse principalior pars extiīt. Et ergo de iure naturali debetur sibi vituperium et confusio et si facit id quod debet tunc ornat ꝛ decorat ordinem vniuersi.et mereī habere premium ꝛ honorē. Et sic sunt quattuor que sequunī or natus ad opera hominis de natura sua et non ad alia opera alia quunī ad rerū.ſ.meritū et culpa pe opera bona et gloria.et eſt tanta obligatio vnius ad alteruz q vnū nō poteſt ſine altero eſſe. neq possunt separari. quia primo ad opera hominis ꝓpō sunt facta. sequī vel culpa vel meritum.et postea ad culpam sequitur pena. et ad meritū premium. Recolligēdo igitur omnia opera hominis inquantū homo eſt. inuenienī tales proprietates inſeparabiles vltra opera aliarum rerum, ſcilicet q dicuntur sua ꝛ imputantur homini.et ex eis naſcitur meritum vel culpa.et ideo eis debetur pena vel premium. Et propterea sunt laudabilia vel vituperabilia. premisibilia vel punibilia.et si sunt bene facta sunt honorabilia. vel dignissima.et si sunt male facta tunc sūt vitupabilia ꝛ reꝓhēſibilia. et vel decorant vniuersum vel

Eis debetur naturalit premium.

Nō hz liarbi. vt nō male operetur.

deturpant. Et omnes istas conditiones habet ex sua radice. s. quia sunt voluntarie z ex libertate facta. Ecce qualiter ex cõparatiõe hois ad alias res penes differentiã liberi arbitrij generatur et nascatur magna cognitio z scia de homine et quantũ homo est. et ex operib⁹ eius. Quelterius inducet nos ad magnam dei noticiam z cognitionem infallibilem.

¶ Hoc est editur qualiter cognitio nunc habita de homine et operibus eius ducit nos et faciat ascendere in dei cognitionem et suarum proprietatum.

Titul⁹. lxxxiij.

QOnia aũt homo inquantus homo. ẽ talis natura q facit opera sua talia ad q̃ de natura sua sequitur meritũ vel demeritum z per consequens debetur eis premium vel pena. et dicuntur premialia vel punibilia. z per consequens etiã iudicabilia vel examinabili a. Et quia homo nõ potest remunerare inquatũ homo ẽ z cũ opera hominis requirant hoc. Ideo necesse est q̃ sit aliquis supra hominẽ maior. q̃ possit hoc remunerare vel punire. et correspõdere sibi secũdum opa sua. Sieni non esset aliq̃s qui posset hoc facere sequeretur q̃ homo esset frustra et inuanũ q̃ opa eius essent frustra. quia vltra alia opera alia q̃ rerũ sũt premialia et punibilia. z si nullus sit qui correspondeat operibus suis premiãdo. sequitur totum vniuersum est frustra eri ordinatum. quia omnia inferiora seruiunt homini. et sunt propter hominẽ. et homo est pars principalis vniuersi. Et si homo est frustra. sequitur q̃ totum residuum est frustra. Et tamen videmus ad sensum. q̃ omnia inferiora vsq̃ ad hominẽ sunt ordinata. z tamen hõ nõ ordinatur illa. Sequitur ergo q̃ etiã homo erit ordinatus. Et etiã sequitur q̃ aliquis respondebit homini secundũ eius naturam Aliter esset dare vacuum in vniuerso. et maximum. immo totum erit vacuum quia opera hominis sunt vacua. quia de natura sua sũt capacia premij vel punitionis. Et si eis hoc nõ detur tunc manebunt vacua. et tamen vacuum esse in natura ẽ impossibile. etiam in minimis rebus. quia citius celum descenderet anteq̃ hoc permitteret. Ex quo ergo in minimis rebus natura non patitur. qui modo in maximis patietur sicut sunt opera hominis inquantũ hõ ẽ. Unde videmus q̃ i natura cuilibet rei correspondet quod sibi proprium est. et proportionabile ac debitum. quia nichil remanet vacuũ. sed cuilibet rei corrñdet secundũ suã naturã illõ q̃ exigit. Ut verbigratia. Reb⁹ vi// sibilibus correspondet oculꝰ ad// vidednum. rebus audibilibus // auris ad audiendum. rebus i-// telligibilibus intellectus. z sic // de alijs. et hoc est oia ista non fiant frustra talia. Quare ergo homini non similiter correspondet reb⁹ premialibus premiator ad premiandum. et punitor ad punitor.

Qt sit aliq̃s ꝓmiator vel punitor operũ hois.

homini rñdet aliquis premiator.

endum.et reb⁹ iudicabilibus iudex ad iudicandū. Et hoc ut merita ⁊ demerita non sint frustra nec in vacuū talia. hoc non potest patiꝛ ordo vniuersi. Ergo necessario cꝛrespondebit homini iusta opera sua aliquis premiatoꝛ seu punitoꝛ maioꝛ homine Item quia opera hominis iudicantur homini. et ideo si male agit ipse est in culpa illius mali. et iam est in eo culpa. ergo i culpa est hō quādo male operatur. et quando facit quod non debet facere sibi totum imputādum est. quia potestatem faciēdi habet et non faciendi. Ergo postq̄ est in culpa alicui fit offensa. alicui fit iniuria que est in natura. Ergo hō statiꝫ alicui obligatur. dum est in culpa ligat⁹ debitoꝛ fit. quia culpa inquantum culpa obligat hominez de natura sua ad penā et facit hominē debitoꝛē naturaliter. Et tot quot sunt culpe. tot fiūt obligationes ad penā. et hoc ipossibile est aliꝫ eē Ergo de iure nature remanet obligatus ad penā ꝓpter culpā. Sequitur ergo q̄ aliquis est superioꝛ homine cui est obligatus homo ꝓpter culpam. et etiam cum culpa nō possit remoueri nisi perveniam vel per solutionem pene. Et cū homo nō possit sibimet dare veniam de sua culpa. nec soluere neq̄ remittere debitum proprium sequitur q̄ aliquis est supra hominem qui potest hoc facere et dare vel remittere. Quia ergo necessario culpa hominis arguit et concludit deum esse. ⁊ similiter meritum hominis arguit deum esse. Et ideo bonum argumentum potest formari existo homo potest peccare. ergo deus est. Similiter dicendo homo potest bene facere et habere meritum. ergo deus est Sic ergo opera hominis inquantum homo est. necessario concludūt aliquem eē maiozem supra hominem qui sit premiatoꝛ et punitoꝛ. remuneratoꝛ et retributoꝛ.

¶ Quoꝛ operibus hominis estenditur q̄ ille qui est supra hominem premiatoꝛ et punitoꝛ. ē summe potens. summe sapiens summe iustus.

Titulus.lxxxiiij.

Quo ad recte et debite remunerandū. et ad dūduz cuilibet operi quod secundum naturam suaz et debetur necesse est q̄ omnia opera preoꝛdinentur examinētur. discutiantur. ac recte iudicentur Aliter esset in oꝛdinatio et confusio in vniuerso quod natura non patitur Quia videm⁹ q̄ nobilioꝛ anima est in coꝛpoꝛe humano q̄ in coꝛpoꝛe alterius. eo quia ei debetur meritus premium et remuneratio. et alteri non debetur. Et q̄ opera hominis sunt magis vel minus remunerabilia vel etiā magis vel minus punibilia. secundum q̄ cum cōplacentia maioꝛ vel minoꝛ fuerint facta et secundum maioꝛez vel minoꝛem cognitionem. et secundum q̄ fuerunt magis vel minus bona. magis vel minus etiam mala. Ideo necesse ē q̄ ille qui debet premiare vel punire. cognoscat. discutiat et di-

scernat omnia opera hominis et q̄ ponderet et q̄ nullo modo possit falli. vt sic recte et infallibiliter iudicet. et hoc quantū et quale. ⁊ vt omnia recte et iuste iudicet. ⁊ omnia sint proportionata. et in natura nichil inordinatū sit. quod esset si quodlibet opus hominis non haberet quod ei deberetur. Et ideo necesse est. q̄ aliquis sit qui habeat plenam et perfectam cognitionem de omnibus operibus humanis. et clare et aperte videat opera omnia totius humane nature Similiter sciat et cognoscat omnes cogitationes et desideria hominuz ac etiam verba. et omnia interiora ⁊ exteriora. et quia op⁹ hominis secundum intentionem facientis est magis vel minus .premiabile vel punibile. ideo necesse est vt ille qui debet esse premiator vel punitor. perfecte et clare cognoscat omnes intentiones et voluntates occultas omniū hominum Aliter impossibile esset. q̄ posset recte remunerare seu punire aliquod opus hominis. quia totum outur ex intentōe et voluntate. Et ista est radix et origo remunerationis et punitionis. Et quia iam omēs homines qui simul viuunt etiaz simul operantur. Ideo necesse ē q̄ simul et semel etiam videat omnia opera omnium hominū viuentium. Et similiter etiam intentiones et voluntates ⁊ desideria ac verba . et non solum omnium viuentium sed omniuz preteritorum. Quia necesse ē q̄ nichil obliuiscatur sed omnia retineat in memoria. vt non sit aliq̄ minimum opus quod nō habeat quod ei debetur. Cogitemus et pensemus quantum esset videre et cognoscere opera cogitationes et voluntates atq̄ desideria vnius hominis. a principio sue discretionis vsq̄ ad finem vite sue et plus duoruz ⁊ adhuc plus trium vel quattuor. et quid tunc milium milium. Si ergo cogitemus et pensem⁹ quot millium milia fuerunt hominum. et quot adhuc sunt. et quot milia milium fuerunt cogitationes. tot milium et voluntates verba et opera ⁊ quid omnibus illis de iure debet. Ecce possumus concludere q̄ sapiētia et scientia illius qui est supra hominem necesse est q̄ non habeat mensuram ⁊ q̄ non habeat terminum. Est ergo summe sapiens. summe sciens. summe cognoscens. ac summe et perfecte ac clarissime omnia videns Sic ergo omnia nuda et aperta sunt oculis eius. et nichil inuisibile est in conspectu eius. Est ergo iudex sapientissimus. scientissimus. nullo modo fallibilis et ideo est esse. qua hoc arguunt et erigunt opera hominis de eorum natura in quantum homo est. Uide ergo scientiam dei infinitam. latissimaz et profundissimam. quia hoc requirunt opera hominis vt recte et debite remuneretur aut puniatur.

¶ Q̄ est etiam summe potens.

Titulus.lxxxv.

Et quia ad remunerandū et puniendum non sufficit rectum iudicium neq̄ scientia aut sapientia. immo etiam

Op⁹ hmi storē habere oim cognitionem

Q̄ videat oia opera hominū sit.

// am requiritur potentia. vt pos
// sit de factis dare et retribuere
// cuilibet quod ei debetur ac pu
// nire quodlibet opus secundum
suam exigẽtiam. et illud quod
iuste est sentẽtiatum possit etiã exequi. Et quia opera hũa
ne nature sunt quasi infinita.
ideo requiritur infinita potentia ad remunerãdum et ad puniendum. et etiam requirũt diuersas maiores et minores retributiones ac penas. secundũ q opera sunt magis bona vel magis mala Ideo necesse est q ille qui est supra hominem. non solum omnia videat et cognoscat z iudicet. sed etiam q habeat plenissimam potestatem remunerãdi et puniendi. vt sic nichil remaneat irremuneratum seu impunitum ex parte sue impotentie. quia alias esset aliqõ inordinatum et vacuum in vniuerso. quod est impossibile. vt superius probatum est. Est ergo summe potens remunerator et punitor. quia hoc exigunt opera hois inquantum hõ est cui nichil potest resistere.

¶ Q3 etiam est summe iust9

Titul9.lxxxvi.

ti.lxxxij. Q Uia autem nõ sufficit habere sciẽtiam et sapientiam ad recte iudicandum z discernendum. ac habere potentiam nisi etiam habeat. bonam voluntatem ad hoc recte volendum. Et per consequens q habeat summam et rectissimaz iusticiam. vt sic velit iustissime et equissime dare cuilibet quod suum est. et quod ei debetur per iusticiam. nec sit acceptor personarum sed retribuat et puniat secundum merita et demerita. vt nullum bonum reliquat nõ remuneratum neq; nullum malum impunitum. Et ideo necesse q habeat iusticiam inflexibilem et inuariabilem. incõuertibilem et immutabilem. aliter ordo vniuersi periret. quod fieri non potest. Est ergo summe iustus remunerator et punitor.

¶ Recolligendo igitur omnia dicamus. q homo inquantum homo habet liberum arbitriuz per quod facit opera meritoria seu demeritoria. Et ideo necesse est q in natura sit aliquis premiator vel punitor. Et etiam q iudex sit summe sapiens. summe potens. summe iustus Summe sapiens. vt per suam ignorantiam nichil maneat indiscussum. Summe potens. vt per suam impotentiam nichil maneat irremuneratum seu impunitum Summe iustus vt per suam voluntatem corruptam nichil maneat indeterminatũ Sed totuz quod libero arbitrio est commissum. perfectam et cõpletam habeat recompensam hoc autem clamat totum vniuersum. cuius homo principalior pars existit. Et etiam opera hominum hoc requirunt. quiuolunt habere debitum. scilicz penam vel premium.

¶ Q3 necesse sit q sit vnus premiator et punitor z non plures nec nisi vnus iudex

Titul9.lxxxvij

ET quia omnia opera hominis sunt remunerabilia seu punibilia. et hoc ex vna et eadem radice. s. quia procedūt ex libero arbitrio. quod est vnius et eiusdem nature in omnibus hominibus. Quia etiam omnia opera debēt rectissime remunerari seu puniri. et nullū debet relinqui. et si essent plures principales remuneratores et punitores seu iudices. esset inordinatio et cōfusio māxima in remunerando et puniendo. et opera hominis non possent recte premiari ⁊ puniri. nec examinari et iudicari. Unde oporteret q̄ tantam potestatem haberet vnus sicut alter et tātā sciam seu sapiam. potestatem seu iusticiam ac voluntatem sicut alter. et qō vn⁹ sciret alter sciret. ⁊ semp essent concordes. sed hoc non pōt eē. quia hoc repugnat nature q̄ plures sint. quia si essent plures. et q̄libet haberet potestatem distinctā ab alio. ⁊ sciam et voluntatem. possent esse discordes. Et etiam esset supfluitas in natura. et sic opera hūana non possent recte seu debite ordinari et iudicari.

¶Sic ergo opera hominis inq̄ntum homo est. requirūt ⁊ exigunt tantū vnū pmiatorē et punitorem ac iudicē. quia aliter esset impossibile q̄ haberēt qō eis deberet per iusticiam. et vniuersum eēt inordinatū nec posset stare. Et etiam quia liberum arbitrium esset eiusdē et vnius nature in oibus hoibus quod est radix et origo retributionis meriti ⁊ demeriti. quia requirunt tantū vnum et eundem retributorem ac iudicem et non plures.

¶Q̄s pricipalis remuneratio hominis inq̄ntum homo. est intellectualis. spūalis et inuisibilis et corpoalis.

¶Tit. lxxxviij.

QUia aūt opera hominis sunt remunerabilia ⁊ punibilia propter liberum arbitrium quod est causa ⁊ radix remunerationis ac punitionis. Et cum homo sit homo propter liberum arbitrium. et p hoc separatur a bestijs. Sil'r cum liberum arbitriū sit intellectuale. spūale et inuisibile. et nullo modo corpoale. nec sensibile neq̄ visibile. sequitur q̄ principalis remuneratio aut punitio hominis inquantū hō est. debet etiā esse intellectualis. spūalis et inuisibilis. et nullo modo corpoalis neq̄ sēsibilis neq̄ visibilis q̄ remuneratio corrīdet radici. q̄ non est corpalis. posit̄ tota radix vnde oritur meritum est spiritualis. nec etiam remunerare debet eē corpoale. quia nullum corporale potest comparari ad intellectuale et ad spirituale. neq̄ omnes res corpoales possent satisfacere vni rei operate hominis inq̄ntum homo est. si iuste debet remunerari. Sic ergo opus hominis inq̄ntū homo ē. requirit remuneratiōem intellectualem et spūalem. ret similiter de punitione hominis inquantū homo est. quia sua pncipalis punitio est spūalis. intellectualis et non corpoalis

hois remuneratio est in uisibilis.

Quia remūeratio hominis de-

bet recipi in homine. et esse in homine et non extra hominē. ideo est necesse q̄ remuneratio hominis inquantum homo est recipiatur in libero arbitrio a quo oritur meritum. et necesse ē q̄ in libero arbitrio sit capacitas p̄emij ad p̄emium. z ideo cum liberum arbitrium cōprehendat voluntatem et intellectum. sequitur q̄ principalis remuneratio hominis inq̄ntū homo est. ē in ipsa volūtate et intellectu. et per consequēs tota capacitas p̄emij principalis. Ergo totum quod debetur homini inquantum homo est. ē ex suis operibus in bonum z remuneratio voluntatis et intellectus. Sequitur etiam q̄ principale bonum hominis inq̄ntū homo est. est bonū intellectuale et voluntatis. et per consequens malum hominis inq̄ntum homo est. est malum intellectus et voluntatis. Exinde sequitur q̄ diuitie et thesauri hominis inq̄ntuz homo est. sūt intellectuales et inuisibiles. z non sensibiles per aliquē sensum corporalem. Et etiam sequitur q̄ regnum hominis inquātum homo est. est etiam intellectuale et non corporale. Et ꝯa liberum arbitrium abstinet vel abstrahit a loco et tempore. et nou subijcit eis de natura sua. nec est temporale nec locale sequitur etiam q̄ bonum hominis inquantū homo est. nō est temporale neq̄ locale. neq̄ diuitie hominis sūt temporales neq̄ locales. et ideo sunt extra tempus et extra locum. et ergo nō fluūt a presenti in futurū. neq̄ pretereūt. sed semper manent in eodem statu. et ideo eterne z immutabiles. ac incorruptibiles et fixe. Et exinde sequitur q̄ bonum hominis inquantū homo est. non consistit in aliquo quod sit commune hominibus et bestijs. et ideo non consistit in aliqua re que potest videri oculis corporalibus. neq̄ audiri neq̄ tangi neq̄ odorari. neq̄ gustari. neq̄ etiam ymaginari in aliqua re lata. longa seu profunda. nec extensa extē sione corporali. Et perconsequens bonum hominis non cōsistit in aliqua corporali delectatione Et sicut dictum est de bono. ita similiter dicenduz est de malo hominis inquantū homo est q̄ suum malum sit aliquod quod commune non sit cū bestijs. Et ideo malum homis inquantum homo est. non cōsistit in aliqua re sensibili per aliquem sensum corporis. et per conseqeens nō est in pena corporali. Sic igitur concludendo dicamus. q̄ principalis remuneratio hominis et etiam punitio inquantū homo. est intellectualis. spiritualis et inuisibilis. nec per aliquem sensum corporalem apprehensibilis. Quia quale est liberum arbitrium. necesse est q̄ talis sit remuneratio. et talis punitio.

Remuneratio dz recipi in libero arbitrio.

Regnū z diuitie hois sūt spūalia.

Nō est tē porale.

Bonum z malū hominis non consistit in aliquo corpali.

¶ Q̄ predicta omnis homo potest certitudinaliter cognoscere quam legem debeat tenere.

¶ Titulus.lxxxi.

ET quia remuneratio principalis homis inquantū

homo est. intellectualis. spūalis et inuisibilis. et nullo modo corporalis neq; visibilis. vt iam probatum est. sequitur necessario q; omnis lex seu secta que ponit principale bonū hominis et principalem remunerationem in rebus corporalib⁹ visibilibus et sensibilibus. q; talis sit mendosa. falsa et decepti⁹. ⁊ q; illa est contra hominem inq̄ntum homo est. et tales homines tenentes talē sectam seu legem sunt decepti et querunt vanitatem et mendacium. et oēs sunt perditi. ⁊ qui cunq; inceperit talem legem. decipit seipsum. et fit deceptor aliorum. Et oppositum possumus cōcludere. q; illa lex q̄ ponit principale bonum hominis ⁊ principalem remunerationē eius in rebus intellectualibus et spūalibus et inuisibilib⁹ ac eternis. ⁊ que magis elongantur a corporalibus rebus et a delectationibus corporalibus q; talis lex est sanctissima. ac saluberrima. et talis est lex hominis inquantū homo est. Et ideo sequitur. q; omnes homines tenentes talem legem. sūt in veritate et tendunt ad verū bonū. et ad veras diuitias. et ad veros thesauros. Et sequit̄ q; talis qui fundauit et instituit talem legem. q; fuit verus. sāctus. perfectus. sine dolo ⁊ sine fraude. diligens bonum hominis inq̄ntum homo est. et cognoscens verum bonum hominis. Et hoc sequitur q; quilibet homo potest certitudinaliter cognoscere quam legem debet tenere et in qua debeat viuere.

¶ Q; opera hominis deus nō statim remunerat. neq; punit sed expectat.

¶ Titulus. xc.

Titu. lxxxviij.

QUoniā autē ex libero arbitrio tāq; a radice. oritur meritum vel culpa et ex merito sequitur premiū. et ex culpa pena. q̄a si tollis liberum arbitrium. etiā tollis culpam et premium. penam ⁊ meritum. nam totum bonū hominis inq̄ntum homo est. est habere meritum. et totum malum hominis est habere culpam. et ex meritis suis nascitur premium. et ex culpa pena. ideo q̄ntō homo plura habet merita tāto etiam plura habet p̄mia. et summum bonū plus crescit. Et ideo sequitur. q; non statim dū bonum opus est factū. q; finali retributione remuneretur. q̄a tunc amplius homo nō posset habere alia premia seu merita sed esset finalis retributio. sed quia homo potest continue accumulare merita. debet expectari totalis remuneratio omnium meritorum vsq; in finem. vt simul remuneretur de omnibus et totum premium recipiat simul. Rursus etiam si status homo dum habet culpam puniretur punitione finali. ⁊ pena sibi debita et statim fieret executio et iudictum. iam esset totaliter condemnatus et perditus. et non posset amplius

Nō statī punit̄ vt remūers tur homo

reparari neꝯ restaurari. Et quia homo ꝯ diu viuit est conuertibilis de malo in bonum. et de bono in malum ex parte liberi arbitrij. et si male operatus est potest cognoscere culpam et malum suum. et reuocari ad bonum. et hoc non est impossibile. ideo ipse est expectandus. si velit se ad bonum opus conuertere et relinq̄ reviam malam. Et hanc expectationē requirit natura liberi arbitrij. non ex merito. quia ei non debetur ex merito nisi punitio. ꝛ quia ex eo q̄ immutari potest ꝛ conuerti. Et ideo necesse est iudicem punitorem eē misericordem ad expectandum. vt non statim iudicet ac puniat. ac finalem sentētiam det. quia melius est hominem saluari ꝯ cōdemnari. Sic ergo natura hominis ex parte liberi arbitrij exigit talem remuneratorem ꝛ punitorem. qui neꝯ statim remuneret neꝯ puniat statim. sed semper respiciat ad bonuz et ad melius hominis ipsius. et per consequens est sūme misericors quia parcit ꝛ expectat hominem. si velit suam malam vitam relinquere et facere bonum.

¶Peccatori est expectādo.

¶Probat deū eē misericordē

¶Q Ex operibus hominis ostēditur duas esse principales ciuitates. et perpetuas habitationes hominum. paradisum et infernum.

¶Titulus.xci.

¶Quāuis aūt oēs homines sint eiusdē nature et conueniāt in libero arbitrio. tñ q̄a liberum arbitrium potest tendere ꝛ ire per duas vias. ꝛ duo itinera contraria et opposita ad inuicem quia pōt ire per viam meriti operando bonū. et p viam culpe male operando vel stare ociose. et quia meritum ꝛ culpa sunt vie repugnantes ad inuicem. nec possunt simul esse in eodem. Et exinde sequitur. q̄ homines possunt diuidi separari. ꝛ esse contrarij ac inimici inter se. quia quidam possunt ire per viam meriti. et quidam per viam culpe. Et q̄ non sunt nisi iste due vie in hominibus contrarie. ideo tota natura humana non potest diuidi nisi in has duas partes contrarias. ꝛ in has congregationes. Et quia pars hominum q̄ ambulat per viam culpe et operum punitendorum. contrariatur et inimicatur in tantum potest alteri parti hominum. q̄ ambulat per viam meriti ꝛ operum remunerandorum. ideo necesse est q̄ iste due partes abinuicem perpetue separentur tali elongatione et distantia locali qua non possit esse maior. vt sicut elongantur per voluntatem et culpam ꝛ meritū elōgatione qua non potest eē maior. ita etiam elongentur distātia locali qua non potest esse maior. Talis enim separatio debet eis ex eo q̄ pria natura

Neq; esset queniens remuneratio. nisi fieret ista separatio localis. qz malis debet separatio a bonis. et bonis debetur separatio a malis. et ideo deꝰ qui est ꝑmiator et punitor. ac rectissimus iudex. debet separe finaliter istas duas partes hominũ ab inuicem maiori separatione que possit esse. Et ideo quia separatio localis maior q̃ possit esse. est q; vna pars ponitur supra celos et supra omnia loca. et alia pars ponat i medio terre. Unde circumferentia et cẽtrũ distant summe. Et qz medium terre est centrum mundi. ideo vna pars debet ibi habitare. et alia pars hominũ debet habitare supra circumferentiam vltimi celi. Et habitabũt ibi perpetue. quia talis habitatio cõuenit vtrig; ex propria natura. Item quia remuneratio bonorum operuz et punitio malorum. debz fieri i distinctis locis et congruis. ideo debent esse due habitatiões et due ciuitates separate et oppolite. Sic igitur ex operibus concludere possumus duas esse ciuitates principales et perpetuas habitatiões omnium ab inuicem distinctas localiter. quaz vna vocatur paradisus ⁊ altera infernus. In quarum vna non ẽ nisi verum et purum bonum hominis inquantum homo est. in alia non debet esse nisi malum totum hominis et verum malum ipsius. In vna sola ꝑmiatio bonorum operum. in alia sola punitio et pena malorum operum. Et sic possumus concludere esse tria loca. Unus est locus bene operandi et meritorie vel male et culpabiliter. et in illo loco pro nunc sumus. Alia duo loca sunt remunerationis et punitionis. Quorum vnus est altissimus. ⁊ alius est profundissimus. De loco vero purgatorij alibi dicetur.

Probat i fernũ esse in medio terre.

Tria loca hoim.

Infra ti. clxiij.

¶ Qz etiam ex operibus hominis inquantũ homo est. ostenditur immortalitas et perpetuitas liberi arbitrij.

Titulus.xcij.

Et qm̃ ex operib⁹ hois in quantũ hõ est. nascit meritum vl culpa. quib⁹ debet punitio vel premiũ. ⁊ cũ hõ ꝯdiu viuat acqrat meritũ vel culpã. et de illis non recipit retributiones nec punitiões dũ vivit. et ordo vniuerli nõ patit q; aliq̃d ꝯtũcuq; modicũ remaneat irremuneratũ neq; ipunitũ iõ necesse est q; remaneat liberum arbitrium. qõ fiat radix meritorum et culparum. vt recipiat debitũ et rectã retributionẽ siue punitionẽ. qõ fieri non posset nisi remaneret liberum arbitrium. Unde cum culpa vel meritum remanet post mortem necesse est etiam q; maneat liberum arbitrium in quo est culpa vel meritum. et cui debetur puitio vel retributio. et in quo ẽ capacitas ꝑmij vel punitiõis.

Infra. ccxvij.

Rõ ꝑma.

¶ Item etiam. quia meritũ posset esse perpetuum. et etiã culpa perpetua. quia tandiu aliquid durat ꝯdiu nõ est destructum. sed nulla res destruitur nisi per suum contrarium ergo meritum non potest destrui nisi per culpam. neq; culpa nisi per meritum. Si ergo meritum

Rõ scda.

postulat premium.et quia non destruitur nisi p culpā eius contrariū.sequtur q̄ q̄diu non est culpa.manet meritū et pmiū.z q̄ meritū suscipit pmiū.tūc pficit.q; vnū ꝯplet z pficit aliud.
seu proprius sit primus. ita q̄ primo aliquis det amorē sibi ipsi. ⁊ taliter q̄ ipsemet sit res primo amata tunc iste amor p oppositum primi amoris dicti cum de iure nature nō debeat esse primus. est inordinat⁹. iniustus. falsus. tortuosus. indebitus. contra deū. contra veritatē. contra totū ordinē nature. et est prima iniusticia. prima inordinatio. prima iniuria dei. prima offensa dei primus malum. primū vicium ⁊ prima obliquitas. Unde cū do primo michi ipsi amorē cui non debeo ⁊ non do deo cui primo debeo. tunc facio deo maximā iniuriā maximū contemptū. quia aufero sibi debitū suū. ⁊ amorem quē sibi debeo. ⁊ facio sibi maximā iniusticiā ⁊ maximum dedecus. ⁊ est dei contēptus primus ⁊ maximus. Et ideo quādo homo dat primo sibi ipsi et sue ppriē volūtati amorē duobus modis est contra deū. primo q̄ ipse homo est res primo amata. et solū deus est res primo amanda de iure nature. et hoc ex sua dignitate. et sic ipse homo vel ipsamet volūtas recipit locū primū et p̄rogatiuā ac primitatem. que soli deo debetur. Secūdo quia ipse homo dat amorē sibimetipsi primo. ⁊ in hoc facit deo maximā iniuriam. quia tollit ab eo q̄ suus est. et dat sibi cui non debet. et etiā accipit ipsemet honorē et amorem dei. et sic inquantum dans ⁊ inquantum recipiens inimicat deo. et est contra deū Si autem res primo amata est alia res q̄ ipse homo. tunc solum vno modo. scz inquantum dans iniuste alteri. quod solū deo debetur.

Dāt sibi ipsi primo amorē pliciter ⁊ tra deū.

¶ Qui homo qui primo amat se ipsum. facit seipsum tanq̄ deū et preponit se deo.

Titulus. cxl.

ET quia prerogatiua primitatis soli deo debetur et nulli alteri. et sibi soli debetur primo amor. ideo qui primo dat amorem et prerogatiuam primitatis alteri q̄ deo dat alteri quod soli deo conuenit et quod soli deo debetur. et per consequens repugnat ei. ⁊ consentit in illam rem tanq̄ deum. Si ergo homo dat amorem alteri rei q̄ sibi ipsi. tūc cōstituit ⁊ facit illam rem tanq̄ deum. Si autem primo amat seipsum. et ipse sit res primo amata. tunc facit seipsum tāq̄ deum. ⁊ tunc non solum est cōtra deum. quia aufert deo q̄ sibi debetur. sed est contra deū magis ⁊ maxime. quia facit se ipsum tanq̄ deum. quia recipit dignitatem et prerogatiuam primitatis. et tunc homo de directo quātum in eo est destruit et annihilat deum. et facit deum non deum. Et hec est summa inimicicia. summa contrarietas qua non potest esse maior. Quia qui facit se regē. facit contra regem. et summe inimicatur regi. Et sic homo efficitur summe inimic⁹ et aduersarius dei capitalis et totalis. et de directo pugnat contra deum. Et quia amor conuertit. mutat. et trāsponit vo-

Amans primo se ipm facit deum.

luntatē seu amātē in rem amatā. ideo tunc ipsa voluntas seu amor mutatur cōuertīt et trāsformatur in seipsam. seu ipa voluntas totaliter mutatur et cōuertūr i seipsam. et facit seipsā suū propriū fundamentū extra deū et cōtra deū. et sequitur solum seipsam et amat solum seipsam. Et quia primo amat se. ideo amat oia alia que amat pter se. ⁊ in omnibus nō diligit nisi se. Et q̄ ipsa voluntas est res primo amata. ideo habz totum dominū et totū imperium suūpsius. ⁊ solū dominatur sibi ipsi ⁊ nullam aliam sequīt volūtatē. ſz ipsa est prima i seipa ⁊ facit seipam primā. Et ideo tūc est cōtra deum. quia aufert deo quod soli ei proprium est. Et q̄ soli deo proprium est habere propriam volūtatem. et nullaz aliam habere supra se quā sequī et esse primam voluntatē. et vel le quicquid vult propria voluntate. Sed q̄ homo primo amat seipsum ⁊ suā voluntatem tunc vult illō quod vult propria volūtate. et nullā aliam seq̄tur volūtatē. Et ideo aufert tunc deo q̄ si coronā suā. Quia sicut corona soli regi cōpetit. sic amare propriam voluntatem competit soli deo. Et sicut inhonorare et iniuriare regi in sūmo qui auferret regi coronā suā. ita hō in hoc iniuriaretur et inhonorat deum si aufert sibi suū priuilegiuz. ſ. propriē volūtatis. q̄ illud solus deus debet habere. ⁊ sic quaer amore suūpsius sequīt ppria voluntas. ideo sequitur maxima inimicitia cōtra deū ō directo. Et quia hō facit se tantum. ideo facit se tanq̄ deū. Jō ex ꝓsequētia appetit et vult et desiderat illa que soli deo debent. ſ. propriuz honorem laudem ⁊ gloriam. Quia posīt̄ homo facit se tanq̄ deum oportet ex cōsequenti q̄ velit sibi dari q̄ deo debentur. Quia sequitur q̄ qui facit se regem. vult illa que regi debentur. Et tunc homo facit i semetipso suū regnū proprium dominum extra deum. ⁊ inchoat aliud regnū quod ē cōtra deum. Ergo hō qui primo amat seipsum et constituit se tanq̄ deum facit deo iniuriam et cōtra deum. et facit se inimicū capitalem dei. et per consequēs pugnat semper contra deū. et aufert continue quod deo debetur inquantū in eo est. Sic ergo solus amor suūpsius ex quo sequitur propriam voluntatem cōstituit ipm hoiem inimicum dei capitalem.

¶ Q̄ sicut amor dei quando est primus. est prima radix et prima origo ⁊ fons omnium bonorum. ita amor suūpsius quando est primus. est prima radix et prima origo et exordium omnium malorum.

Titulus.cxli.

QUoniam aūt isti duo amores. ideo sunt prime radices amoris. et omnium amoruz aliorum qui fiunt ab homine. q̄ amor est causa omnium. et per amorem omnia fiunt. Et quia sunt capitales inimici. iō sīnus est bonꝰ oportet q̄ alter sit malus. Et quia amor dei debet esse primus soluz et tunc est rectꝰ bonus iustus. verus. et secundū deum vt iam dictum est. et iō q̄

Si'elfra Ti.cxcix.

Ti.cxxix

amor dei est prima radix oportet q̄ oia oriantur ab illo. scilicet omnes amores. ⁊ q̄ omnia que fiunt fiant secundum illum amorem. Et quia est prima radix bona. ideo necesse ē q̄ sit radix omnium bonorum ⁊ origo ⁊ fons. Quia qualis est radix. talia sunt omnia que oriuntur de radice. Et quia amor dei quando est primus in nobis. est primum bonum nostrum. ideo omnia bona nostra oriuntur ab eo et nichil est bonum nostrum. nisi oriatur ab ipso. et nullum malum potest oriri ab ipso. ideo q̄ est prima iusticia nostra et ideo omnis iusticia nostra oritur ab ipo. Et etiam est primū bonū nostrum. ideo est prima lux nostra et lumen nostrū a quo orit ome lumen nostrū. et etiā ē ois rectitudo nr̄a a quo oritur ois rectitudo nr̄a. Et est pria ordinatio recta. a quo oritur omnis recta ordinatio. Et est prima amicitia vera et bona. a qua nascitur ois amicitia nostra bona et ⁊a Et est prima fortitudo et prima vita et primū bonū. a quo oritur omne bonū nostrū. et prim⁹ amor. prima quies prima pax ⁊ tranquillitas a quibus orit omnis pax vera et quies vera. Sicut ergo amor dei est primū bonum nostrum eristēs in nobis. et ideo est radix omnium bonorum nostrorum sequitur q̄ ē radix i nobis finis et origo omnis iusticie. omnis lucis et luminis vere pacis. vere consolationis. vere leticie. veri gaudij vere quietis. vere amicitie. omnis virtutis et veritatis. omnis fortitudinis. omnis vite omniuz bonorum operum. et omnium quecūq̄ sunt bona homini. Qui ergo habet in se amorem dei. primo habet in se radicem tot bonor. et omnium bonorum. et omnia ista procedunt a re primo amata que est deus. qui est omne bonum. et q̄ amor cōuertit voluntatem nostram in rem p̄mo amatam. ideo cōuertit mutat ⁊ trāsformat totaliter hominem i deum et in suam voluntatem. ⁊ sic facit hominem diuinum vnum cum deo. amicū dei. Et quia deus est cōmunissimus et vniuersalissimus ad omnia. ideo quia tantū se extendit amor quantū res amata sequitur q̄ amor dei facit voluntatem nostrā cōmunē vniuersalē cōmunicabilem et extensibilē ad oia. ideo amat nō ꝓpter necessitatem et indigentiam. sed quia dei sunt. Et ideo quia deus non indiget creaturis ideo etiā tūc voluntas nulla indigebit creatura. et per cōsequens talis voluntas nullaz habebit indigentiā. no n ē fluctuans non est variabilis. sed ē stabilis. firma et solida. ⁊ hoc habet. quia res primo amata ē deus. ¶ Sicut aūt amor dei q̄n est primus. est prima radix omnium bonor. in nobis. eo quia est p̄mum bonum nostrum existens in nobis. ita per oppositum necesse est q̄ amor proprius seu priuatus qui est amor sui ipsius quādo est primus. sit p̄ma radix omnium malorum. et necesse est q̄ omnia mala oriantur ab illo quia primum malum est radix et origo et exordiū omnium malorum. Et ideo amor sui ipsius. seu ꝓprie voluntatis

Amor dē radix omnium bonorum.

Amor dī facit volūtatē meā cōmunem ad oia.

Ex amore ꝓpo sunt oia mala

est origo et radix omnis iniusti
cie.omnis vicij omnis peccati.
et omnis cecitatis et ignoran
tie. et breuiter omnium dolor
et malorum. et ideo ab ipso ne
cessario oriuntur tot mala et ve
nena et macule. Qui ergo ha
bet in seipso amorem suijpsius.
habet in se plantatam radicē
omnium malor. Et omnia illa
procedunt ex eo q res primo a
mata est ipsa et voluntas seu
ipse homo non qz est amata sz
quia est primo amata nec quia
est amor suijpsius. sed quia est
primus inquantum primus. et
ideo est contra deum. extra de
um et sine deo. Et sicut deus est
fons et origo et radix omnium
bonorum. ita ipsa voluntas.
quando est primo amata est ra
dix et origo omnium malorum.
et est penitus contra deum. eo
quia facit se primam volun ta
tem cōtra deū ideo facit se deū
falsum. Ideo sicut deus verus ē
origo omnium bonorum. ita p
pria voluntas que est fals deus
est origo omnium malorum
Et quia res primo amata ē cre
atura de nichilo facta et in se
nullam habens firmitatem. sz
semper tendens ad non esse de
natura sua et est semper indi
gens. et ideo cum amor mutat
amantem in rem amatam tunc
homo nullam habet in se firmi
tatem. nullam securitatem. sed
semper fluctuat z indiget. nun
qz quiescit eo q est mutatus in
creaturam. scilicet in seipsum.
Et ideo quia creatura est in se
vanitas. ideo hō tunc conuersus
est in vanitatem Et quia homo
indiget alijs creaturis sine qui
bus esse nō potest. ideo tunc a
mat alias creaturas propter i
digentiam et ꝓpter vanitatez
z est subiectus eis. Et quia cre
ature corrumpuntur et mutan
tur et non permanent. ideo ip
sa est in continua sollicitudine
z tribulatione. Sic ergo amor
suijpsius quando est primus fa
cit hoiem inimicum dei capita
lem et facit ipsum malum. et p
uersum ac plenum omnib⁹ ma
lis et subiectum alijs creaturis
Et sic habemus duas radices
primas oppositas vnam omniū
bonor. aliam omnium malor
et necesse est spinaz vel aliā ee i
voluntate. zi hoie z opatur cō
trarias res in voluntate Et p
ma radix. scilicet amor dei quā
do est primus facit volūtatem di
uinam communem et vniuersa
lem cōmunicabilez. sed alia ra
dix scilicet amor suijpsius quan
do est primus facit voluntatem
contra deū. et propriā et priua
tam et totā suijpsius et incōmu
nicabilē. prima facit voluntatē
iustā sanctā et rectā. bonam
benignā et humilē. sed amor sui
ipsius reddit voluntatem iniu
stam malam. peruersam et ma
lignam et superbam. Amor dei
facit voluntatem quietam. pac
ficam et amicabilem. sed amor
suijpsius reddit ipsam inquietā
litigiosam et discordem. Amor
dei facit voluntatem largissimā
amplissimam et maximam. sed
amor suijpsius reddit ipsaz stri
ctissimam et minimam. Amor
dei facit voluntatem in summa
libertate nulli creature subie
ctam. sed omni creature inferio
r dominantem. sed amor suijp

Amor sui ipsius ē ra dix oīz mala lorum.

Due sunt radices oīm bono rum scilz et malorum.

us punit ipsam̃ i summa captiuitate et oĩ creature subiectã Amor dei facit ipsam immobilem. stabilem. firmam. fixam. ꝛ amor suiipsius reddit ipsã fluctuantem. instabilem. mobilem ꝛ variabilez Amor dei facit ipsam mitissimam. vnitissimã i se ideo fortissimam. sed amor suiipsius reddit ipsam diuisibilez frangibilem. et ideo valde debilẽ. Amor dei facit ipsã plenã. saturam. diuitem. sed amor suiipsius facit eam vacuam. esurientem pauperem et indigentem. Amor dei facit voluntatem habitare in proprio regno. in propria terra. et in propria patria et in domo sua. sed amor suiipsius facit ipsaz exire de terra propria. de patria. propria. de domo propria. ꝛ habitare in terra aliena. ꝛ in patria extranea. et facit ipsam vagam extra domũ suam. Amor dei facit voluntatez pulcherrimam ꝛ amabilem dilem. sed amor suiipsius facit eã turpissimã et odibilẽ ab oĩb9

¶ Q Amor dei et amor suiipsius sunt due porte. due ianue. et duo principia ac duo lumia cognitionis hominis.

Titulus. cxlij.

Sile ifra Ti. cxcix.

ET quia ab istis duobus amoribus oriũtur oĩa. procedũt omnia et fiunt omnia gubernantur omnia scilicet q̃ fiũt ab hominibus voluntarie ideo cum isti duo amores sint causa omnium aliorum amorum seqtur q̃ ab ipsis dependet tota cognitio aliorum. scilicet bonorum et malorum. quia amor dei est principium ad cognoscendum omnia bona hominis et amor suiipsius seu proprius est principium ad cognoscendum omnia mala hominis. Et qui ignorat amorem dei ignorat omnia bona hominis et qui ignorat amorem suiipsius. ignorat omnia mala hominis. Quia qui ignorat radices ꝛ causas bonorum et malorum hominis. non videt bonũ nec malum quia nõ videt ianuas nec portas bonorum ꝛ malorum. Et tamen magna est differentia inter istas duas radices. quia qui habet amorem dei primo in se talis cognoscit ipsum per ipsum. Et iam cognoscit amorez aliũ. scilz suiipsius et oĩa que sequunt ex illo Et qui habet in seipso amorem suiipsius primo talis non cognoscit neq̃ amorem dei neq̃ suiipsius neq̃ illa que consequuntur ex eis. Et causa est quia amor dei lux est et lumen illuminans et ideo facit videre seipsum et suum oppositum. scilicet amorem suiipsius. et illa q̃ oriuntur ab eis. sed amor suiipsius quia est tenebra et obscuritas de prima natura sua. ideo abscondit et obscurat seipsum et celat ne videatur. atq̃ obscurat et excecat intellectum ne videat ipsum amorem. Et ideo q̃ habet talem amorem. omnia bona ꝛ mala hominis ignorat et nichil videt de bonis et malis hominis quia tenebre totuz possident et nulla lux est in eo et talis est ignorantissimus. Et quia etiam radix est sep occulta ꝛ latẽs ideo difficile ẽ cognoscere ipsam radicẽ. ꝛa est causa latentissima oĩm malor. Sic igitur sicut habem9 duas radices

Amor dei lux est.

Amor suiipsi9 est tenebra.

omnium bonorū et malorum. ita habemus duas portas ad intrandum in cognitionē oium bonorum et malorum. Continue ergo debemus videre istas portas ne ignorem eas .qa si ignoramus eas ignoramus duas ciuitates scz ciuitatē bonor et ciuitatē malor.

¶Q ex amore suūpsi⁹ nascūtur duo principales amores distincti.

¶Titulus.cxliij.

ET quia homo hz animaz et corpus q̄ non sunt idē nez appetūt idē.ideo ab amore suūpsius fluunt et oriuntur duo amores distincti. quor vn⁹ non causatur ab altero. Nam vnus est rōne anime. alius ꝯ rōne corporis. Rōe aie causat amor ppri/ honoris ⁊ excellentie. ⁊ rōe corpis causat amor delectationis et voluptatis corpalis. Unde qui amat ꝑmo seipm. amat statim honorē ppū seu excellentiam. vel amat delectationē cartus. Et ista duo amat tanꝫ duo maxima bōa suūpsius. Et deinde ad istos duos maximos amores sequūt alii mores. qa necessario amat oia illa que ad ppriū honorez augendum. defēdendum et cōseruandū. vel ad corporis delectationē ptinent. et contrahit amicitia magna et familiaritas cum illis rebus. Et ideo necessario amat bona exteriora. scz diuitias et res temporales. et abundantiā earum. ⁊ magꝫ amat illa que magis valēt ad hoc. Et quia pecunie multū valent ad vtrumqz. ideo summe amat eas et sic contrahit maxima amicitia et singularis familiaritas cū pecunijs. Amat etiam sciētias officia et dignitates que valent ad honorem et excellentiam ppriam. Et sic ex amore suijpsius oriūtur quatuor amores vicioli. mali ⁊ corrupti. qui dicuntur quatuor vicia. scz superbia que est amor ppri honoris et excellentie. ⁊ luxuria et gula que sūt amor corporis et carnalis voluptatis. et auaricia que est amor inordinatus rerum exteriorum ⁊ maxime pecuniarū. Et qui amat honorem ppriū et ppam delectationem. habet odio omne id quod potest destruere vel diminuere illum. vel quod potest venire contra ipsū honorem vl ipsam delectatiōem. et exinde nascitur ira que est amor vindicte contra illos qui nituntur ledere honorem ppm vl delectationem corporalem. Nascitur etiam inuidia que habet odiū de alieno bono inquantum potest diminuere ppm. et amorem de alieno malo inquantū non potest diminuere. Nascitur etiam ex amore prope delectationis corporis amor quietis corpis. ⁊ fugiuntur labores et exercitia et hec est pigricia et accidia seu negligentia. Et sic omnis vicis oriūtur ex amore suijpsius et proprio.

Ex amore suūpsi⁹ nascūtur oia pcā mortalia

¶Q solus amor dei quando ē primus. causat veram vnionē inter homines et facit eos vnū Et solus amor suūpsius. seu prius facit diuisionem ⁊ litem inter eos.

¶Titulus.cxliiij.

De duobus primis amoribus.

QUoniam autem amor mutat voluntatem in rem primo amatam. ideo si res primo amata sit vna numero tantum. existens communis omnibus hominibus. et illa res sit primo amata a quolibet. tunc omnes illi amores sunt similes et conformes. et necessario oēs illi amantes habent vniones inter se. Et ideo si amor dei sit primus in quolibet homine. ē prima radix tantum. quia res primo amata est vna numero ab omnibus hominibus & indiuisibilis & eoꝝ oībus. et insup omnes tales amores sunt consimiles et conformes et oriūtur ab vna et eadem re. ab vno et eodem capite. Ideo tunc necessario est vnitas pax et concordia vera inter homines. quia nullus amat propriam voluntatem sed tantum dei. Et ideo tunc talis diuisio et discordia non habent portam per quam possunt intrare inter homines. quia amor dei qui est in quolibet prīm⁹ claudit totum vt nō intrent. Et tūc necessario opꝫ q̄ omnes se ament adinuicem quia amor cuiuslibet oritur ab alto loco. scz a deo. Et sic amor dei quando est primus in quolibet causam veram vnionem & concordiam inter homines et vnit eos et facit vnum. Sed q̄ libet amat seipsum primo. et suam propriam voluntatem. ita q⁹ amor suipsius est primus in quolibet. tunc res primo amata a quolibet non est vna numero communis omnib⁹. immo tot sunt res primo amate quot sunt homines. quia quilibet est cōuersus et mutatus in seipsū singulariter et in suā propriam voluntatē & sequitur eā et per consequens amat priuatum. proprium honorem & suam singularem excellentiam & suā propriam delectationem corporalem. ideo non potest amare alium honorem neq; aliam excellentiam nisi propter suū honorem. et inquantū auget et conseruat ppīum honorē & eū multiplicat. Et ideo impugnat honorem alium vt defendat honorem suum Et sic preponit suum honorem omni alio honori et necessario habet odio omnē alium honorē qui potest diminuere suū honorem. Et quia iā supra monstratum est q̄ qui se primo amat facit se deum inquantum in eo est. eo quia amat suā suam ppriam voluntatem & suum singularē honorem primo. & ideo quot erunt homines amantes seipsos et suam ppriam voluntatem & suum proprium honorez tot erunt dij in mundo diuisi & separati inter se non habētes adinuicē vnitatē. quia non est res vna existens eadem numero primo amata ab oib⁹ a qua oriꝫ vnitas inter homines et societas vera. Et ideo necessario tūc opꝫ q̄ sit lis diuisio & discordia inimicitia. ira. odiū. et bellum inter hoīes. quia qlibet vult cōseruare custodire augmētare. & defēdere suum ppīum honorem quē primo amat. & hoc non pōt fieri sine discordia. lite & odio. quia null⁹ in hoc mūdo hz sufficientiam neq; de honore neq; de corpalibus voluptatib⁹ de se. ſz ſp indiget alijs & aliorum

Tit. etl

Amor dei causat vnionē inter hoīes

Amor sui īōi⁹ facit discordiā inter hoīes

iungamẽtis Et sic patet q amor sui ipsius seu proprius aut propria voluntas causat verã diuisionem in hoc mundo. discordiam litem ⁊ bellum. Et per cõsequens solus amor proprius est causa oim malorũ ⁊ radix ⁊ fundamentũ omnis discordie. Amor vero dei primo est causa oim bonorũ et omnis cõcordie sicut primo dictum est.

ti.cxxxvi. ¶Q omnis homo qui amat seipsum primo amat se tãꝯ hũc hominẽ ⁊ nõ tanꝯ hominem.

¶Titulus.cxlv.

QUoniam aũt quicquid est vel est singulare vel ẽ cõmune. quia singularitas ⁊ cõmunitas sunt duo modi oppositi cõmunes oibus. Et ideo q primo amat seipz necesse est q amet se sicut hunc hoiem et nõ tanꝯ hoiem. Et quilibet hõ ẽ hic homo singularis exns. ideo ideẽ nũero hñs suã ppriã ⁊ singularem existentiã ⁊ personã. ⁊ est diuisus et separatus a quolibet alio hoie eo q̃a est hic hõ et nõ est alius. Et ideo q̃ amat seipsum amat seipsũ tanꝯ hũc hoiem ⁊ sub rõne singulari tm̃ et non rõne cõitatis. quia ẽ separatus. et diuisus ab omnib9 alijs. quia amor mutat amantem in rem amatã. Et q̃a res amata est hic singularis hõ ⁊ hoc indiuiduũ. iõ tunc quia primo amat seipsum est mutatus conuersus transformatus in hunc singularẽ hoiem. Et ideo talis est ligatus cum seipso tãꝯ cum hoc hoie singulari. Et cum hic hõ tanꝯ singulariter vt hoc indiuiduũ est diuisus separatus ab omni alio hoie et ab omni alia re singulari quecunq; sit illa et cum nulla alia re conuenit. ppter hoc iste amor est singularis ppius et pnatus et non cõis. Et q̃a tantum se extendit amor quantus res amata et non ascendit supra. ideo quia res primo amata est hic singularissim9 homo in quantũ est hic. ideo iste amor non põt se extendere neq; ascẽdere ad cõem hominis rõnẽ et ideo non extendit se ad hominem inquantũ homo est. q̃a est res cõis et altior. Et ideo tunc non põt amare alios inquãtũ sunt homines. q̃a hic amor nõ põt ascendere vltra hunc hominem et in quantũ hic homo est Et q̃a iste amor est primus. iõo ex isto exibunt omnes alii amores et omnes erunt amores pnati. et diligent bonũ suũ priuatũ primo. sz̃ suum honorem suam pmatam excellẽtiã. nec se potest extendere iste amor nisi ad illa que respicinnt suũ bonum pnatum vt honorẽ. ppriũ delectationẽ. ppriam. et voluntatem ppriam. Et ideo diliget alios homines inq̃ntũ valent ad suum bonũ pnatum ad suũ honorẽ delectationem ⁊ voluntatẽ et non aliter neq; alis Et sub isto respectu et sub ista cã amabit oia q̃ amabit Et in oib9 nõ amabit nisi seipm. q̃a oia amabit ppter se. Et sic possumus ꝯcludere q cũ amor sui ipsius seu pnat9 sit radix oiz malorũ. ⁊ amor ppri9 oriat ex hoc q res primo amata est hic hõ ⁊ iõ tãꝯ hic hõ est radix ⁊ origo omnium malorũ q̃a q̃libet q̃ amat primo seipsũ tanꝯ hunc singularem

hominē. ab olbus est diuisus z separatus. Sed qz deus est cōmunis et vniuersalis omnib? creaturis ꝙa oēs ab ipso veniunt et ab ipso manutenētur z ꝓseruantur. Jō quando deus est res ꝑmo amata tūc amor talis est communis et vniuersalis z ideo est radix oīm bonoꝝ. Sic ergo communitas et vniuersalitas reddunt amorem bonum et singularitas et proprietas reddunt amorem malum. Quāto ergo amor magis cōmunis est et vniuersalis tanto melior est. et quātomagis particularis tanto peior. Et hoc totum oritur a re primo amata z scōz q̄ est magis cōmunis z vniuersalis. aut magis priuata z singularis.

¶ Quilibet homo potest facere certitudinaliter et per experientiam exemploꝝ sciaz sibipsi. ex seipso per amorē suiipsius. quali forma se habere debeat erga deum. et quid debeat deo inquantū deus est.

¶ Titulus. cxlvi.

Quoniā autē hō q̄libet dz conari q̄ntum poterit vt certissime videat omnia q̄ debet dare deo. ꝙa hoc est bonum suum. Et ideo quia homo non potest esse magis certus. q̄ ꝑ seipz et quando in seipso videt quid debeat vel qui debet facere Do ideo dabitur hic quedaz breuissima doctrina que fundatur i amore suipsius. seu amore proprio. p quā doctrinā ois homo potest videre in seipso tanq̄ i exemplari ꝓpinquissimo quauter ipe debeat se habere erga deū. et nō indigebit nisi seipso ad hoc cognoscendū. nec oportebit querere alios testes extri secos. Unde iam mōstratū est q̄ solus deus de iure nature debet esse res primo amata. z ideo soli deo hoc debetur vt sibi prio amor detur. Et exinde monstratum fuit q̄ qui primo amat se ipsum et primo dat amorem sibimet q̄ ipse facit se tanq̄ deū ꝙa ipe est res primo amata qō soli deo debitum est. Si ergo primo diligo meipsum. constituo me deum. quia quod primo debeo deo hoc do michi. et sic teneo locum dei et meipso. et per consequens omnia que debeē dare deo et attribuere do michipsi vnde postq̄ amor est primū qō debitum est dari primo soli dō. et ego do michimetipsi primo. Et per consequēs do michi oia que sequuntur amorē primū et que ligantur cum amore. Et quia omnia illa que aliqs debet sibimetipsi vel vult sibi dari vel fieri. eo quia primo amat seipsum inquantum primo diligit seipsum. omnia illa debet dare deo soli. et etiam velle qō ei soli detur. eo quia primo debz amare deum. Si ergo aliquis vult scire que sunt illa que debet dare deo videat que sūt illa que vult proseipso et sibi dari z quid pro seipso facit. eo quia primo amat seipsum. vnde illa que vult et facit pro seipsoz vult sibi dari et fieri eo. Et propter hoc. quia primo amat seipsum vult et facit tanq̄ deo sibipsi. Quia tunc est quasi deꝰ et tunc erit certus q̄ omnia illa debet dare et facere ꝑ ipso. et velle soli deo dari et pro se.

ti.cxxxiij. ti.cxxxiv. Ti.cxl. ti.cxlviij.

ipso fieri. ponat ergo deum loco
sui ꝓsius. ⁊ ꝛō quia quādo amo
meipsum. ꝓmo amo voluntatem meam et sequor eam et nullam aliam. Et ideo similiter ꝙ ꝓmo debeo amare deum. ꝓmo debeo amare voluntatem suaz et solum sequi eam et nullaz aliam. Similiter eo ꝙ amo meipsum ⁊ sequor ꝓmo voluntatem desidero. volo. amo. ꝓmo honorem meum et illum volo exaltare conseruare et augmentare ⁊ honorē meum ꝓpono oñi honori. et volo ꝙ omnes mihi dēt honorem et conseruent ⁊ augmentent illum. Ergo cōformiē hoc debeo deo. s. velle desiderare et amare ꝓmo honorē suum et conseruare illum ⁊ augmentare ⁊ exaltare et eius honorē omni honori ꝓponere. ⁊ debeo velle ꝙ oēs honorem suum augmentent. conseruent et defendant. Ita ꝙ deum ꝓponē mihi. Similiter quādo diligo honorem meum ꝓmo habeo odio omnem alium honorē qui non concordat cum honore meo. ⁊ in quantum honorē meum minueret. et contra illuz pugno ⁊ iraſcor. Similiter debeo habere odio omnem honorem q̄ non cōcordat cū honore dei. et inquātum possum deo diminuere ⁊ desinere illum. et debeo pugnare ꝛ omnem alium honorem q̄ potest diminuere honorem dei.
Conformiter si ꝓmo amo meipsum amo ꝓmo laudē meā. et volo laudari ab oibus. et volo ꝙ oñes dicant bonum de me. ⁊ ꝙ nullus dicat de me malum et volo habere magnaz famā ⁊ magnum honorem et nomen.

Ita similiter quia debeo amare deum. debeo ponere deum loco mei. et ideo debeo ꝓmo laudē suam amare. et velle ꝙ laudetur ab omnib⁹. et velle ꝙ deus habeat magnā famā ⁊ magnū nomen. et ꝙ nullus vituperet suam famam neq; suum nomē Quia postꝫ mihimetipsi volo ista. debeo ista magis velle deo. quia ꝓmo debeo amare deum. Et si ꝓmo credo mihimet ipsi. ⁊ nolo ꝙ alū dent fidem ⁊ credulitatem mihi et null⁹ reputet me mendacē. Ita ꝙ ꝓmo debeo amare deum debeo deuz ponere loco mei. et debeo ꝓmo credere et dare fidem ⁊ credulitatem et velle ꝙ oēs alū dent fidem ⁊ credulitatem sibi ⁊ nullus reputet eum mendacem. Similiter si ꝓmo diligo me volo ꝙ omnia spectantia ad me cōserventur. Ita quia ꝓmo debeo deum amare. debeo velle ꝙ omnia que sunt dei et que pertinent deo conseruentur et crescant et non diminuantur. Et similiter de omnibus alīs que facio. que volo. ⁊ que desidero mihi debeo excellentius velle et desiderare de deo. Sic ergo manifestum est ꝙ quilibet homo potest habere veram ⁊ certam cognitionem de his que debet dare et facere deo. et hoc ꝙ amorē suiipsius seu ꝑ ꝓpriū amorē quando omnia que quilibet facit. et vult sibi fieri in ꝫ tum est res ꝓmo amata debz facere et velle fieri deo qui sol⁹ debet esse res ꝓmo amata.
Quia in hoc quilibz tenet locū et occupat locum dei. quia de⁹ debet esse ibi vbi ipse est. debet

ergo ipe remouere seipsum ꝺ illo loco ꝓmitatis ⁊ dare deo locum illū. ⁊ tunc faciet deo i ꝓmitate oia illa q̄ sibimet faciebat vel fieri volebat. qz ista in ꝓmitate debēt esse. Et sic amor suūpi⁹ et proprius quando est primus manifestat ⁊ declarat per experientiam modū et formā qualiter nos debemus nos habere erga deū. Et sic patet q̄ quilibz in seipso portat modū. formā. ⁊ exēplar scriptis ⁊ depictis. q̄mō ⁊ qualiter se debeat habere erga deū. ⁊ hec est scientia certissima et clarissima quā nemo potest negare. quia videt ea in seipso q̄ falli non potest.

¶ De vltimo ⁊ finali fructu qui nascit̄ ex ist̄ duob⁹ amoribus.

Titulus. cxlvij.

QUonā autem vltimū ⁊ finale qꝺ expectatur in oīi re ⁊ desideratur est fructus. et nihil aliud expectatur vltra et hoc manifestum est in seminibus et plantis et arboꝛib⁹. qz propter fructum omnia finaliter fiunt. quia illud quod de q̄libet re colligitur est fruct⁹ ei⁹ Diuersa autem semina habentur a diuersis fructibus. et diuerse arbores et plante habēt diuersos fructus. et etiā diuersa semina pducūt diuersos fructus ita q̄ quodlibet semē habet suum proprium fructum. et quilibet fructus habet suum p prium semen. Et ideo quia in voluntate nostra tanꝯ in agro spirituali. et terra spirituali possūt esse et seminari ⁊ plātari et ratificari duo amores p̄mi. et amor dei et amor suūpi⁹ tanꝯ duo semina due prime plante. et due prime radices. Et ideo considerandum est cum summa diligentia qualem fructum producet nobis quodlibz semen quelibet planta. et quelibet radix finaliter. et quē fructum colligemus de amore dei qui est primus in nobis. ⁊ quid de amore proprio quando erit primus. Et quia non sunt nec̄ possunt esse plures radices nisi due prime radices amoris. et duo prima semina. Ideo etiā non possunt esse finaliter nisi duo fructus finales et vltimi. Et quia semina et radices contrariantur et opponuntur et inimicantur adinuicem ita q̄ non possunt aliquo modo insimul esse in eadem terra. qz vna radix destruit aliam totaliter Ideo etiam necesse erit q̄ fructus finales et proprij istarum duarum radicum inter se contrarientur. opponantur et inimicantur. et non possunt aliquo mō insimul esse. Et necesse est q̄ vnum alium omnino destruat. occidat. euellat. et expellat. Considerandū ergo qui sunt isti fructus.

¶ Q̄ gaudium durans sine fine ⁊ tristicia sine fine. sunt duo fructus qui finaliter nascuntur in volūtate tanꝯ in agro de amore dei. et de amore proprij suūpsius tanꝯ de duobus seminibus in ea primo seminatis.

Titulus. cxlviij.

ET quia ex omnib⁹ que homo facit et operatur. non remanet finaliter in homine et ipsius voluntate. nisi gaudium vel tristicia. ita q⁹ gaudium et tristicia sunt duo finalia. et vltima que nascuntur et oriuntur in voluntate et in corde hominis. ⁊ ad ista duo terminantur ois q̄ facit homo. Nota. Quia de quid facit hō nō pōt aliud colligere in seipo. neq; secum ducere seu portare qō manet nisi gaudium vel tristicia. hoc est ei totū suuz lucrū qō de suis laboribus secum portat. vnde ista duo sunt colligata q⁹ sequūtur omne opus hois. et necesse est q⁹ sequatur gaudium vel tristicia in eo Et ideo gaudium vel tristicia sunt fructus quos colligit homo de oib⁹. Et propter hoc dcſd hō opaī. opaī propter gaudiū ⁊ habet finaliter gaudium. nec aliud vult nisi gaudiū. et quando habet gaudium nil aliud querit. q⁹ gaudiū ipm ipler. Et nulla res alia pōt ipsum satiare nisi gaudium. Et q⁹ tristicia opponitur gaudio ⁊ ei cōtrariatur. Ideo homo semper fugit tristiciam ⁊ q̄rit gaudium Et quia verum gaudiū est verus fructus hois bonus. et vera tristicia est verus fructus malus. ⁊ quia q̄libet fructus habz suū semen proprium. Ideo necesse ē q⁹ ipsum verum gaudiū hēat suum semen proprium de q̄ nascaī et etiam ipsa tristicia. et cum i homine nō pñt esse nisi duo semina prima. et due pme radices scilicet duo amores iam dicti. Ideo necesse est q⁹ omnia alia ex istis nascuntur ⁊ oriātur et q⁹ habeant ista semina. et sicut non sunt nisi duo prima semina cōtraria inter se. et due pme radices. ita non sunt nisi duo fruct⁹ cōtrarij. s. gaudium et tristicia. Sic ḡ habem⁹ duas primas radices ⁊ duos finales fructus illarū radicū. Et qua gaudium est bonus fructus et desideratus ⁊ amabilis. Ideo est necesse q⁹ oriaī et nascatur ex bono semine et de bona radice Et q⁹ tristicia est malus fruct⁹ ideo est de malo semine ⁊ de mala radice Et ideo necesse est q⁹ verū gaudiū oriaī et pullulet ex amore dei. et vera tristicia et finalis oriaī de amore suīpsi⁹ seu proprio. Et sic habem⁹ primo agrum scz ipam voluntatē secundo habemus duo semina. et amorem dei ⁊ amorē pprium. et habemus duos fructus finales. s. gaudiū et tristiciam.

hō sp q̄rit gaudium

Titulo cxlvij.

¶ Declaratio qualiter est di amore q̄ est primus oriaī gaudium durans sine fine.

Titulus.cxlix.

QUoniam ait vbi amor nō est. vllū gaudiū nō pōt esse quia ex solo amore nascit gaudium. Unde gaudiū ḡnatur q̄ voluntas habet illud qō vult et amat. Si enim nihil amat nec aliquid vult tūc nullū gaudium habet. Sed tristicia sil'r ḡnatur q̄ voluntas hz illud qō nō vult nec etiam amat. sz hz illud qō habet odio. et ideo q̄ deus est res primo amata ab ipsa voluntate tunc ex tali amore necessario generatur gaudium. quia deus non potest mori. non potest deficere. neq; deperdi ab ipsa voluntate. sz semper

Et amor dei necessario gaudiū sequit.

per est presens semper adest ipi voluntati.et ideo voluntas habet semper principaliter illud quod vult et quod amat. et habet semper rem amatam indeficientem immortalem immutabilem.semper viuentem.inuariabilem et nullo indigentem. Et ideo amor dei semper potest durare et permanere. quia talis est amor.qualis est res primo amata.et ideo talis amor erit immortalis indeficiens.firmus. firmus.immobilis.semp viuens nullo alio indigens.continue manens et durans. Uide ergo q voluntas nostra in qua generatur amor.et seminatur est immortalis et ppetua ac spualis.Quia res primo amata q est deus est immortalis impassibilis t inuariabilis.summe bonus.summe amabilis.summe delectabilis.summe spiritualis et sume conuenientissimus voluntati qui solus est dignus primo amari.et cui primitus debetur amor.sequit q talis amor qui habet talia fundamēta imortalia erit imortalis t imperpetuum durans sine fine.sine termino nunc deficiens.quia ipsa voluntas per amorem mutatur in naturā rei amate. Ergo sequitur q quicquid sentitur de re amata sentitur etiam de amante. Et si res amata est indeficiens t immortalis etiā vt probatum est sequitur q voluntas nostra si primo amet deū sit immortalis. indeficiēs. firma. secura.fira. inuariabilis semp viuens.semper durans. sine fine.sine termino. Et quia ex tali amore necessario oritur gaudium.sequitur q tale gaudium erit semper durans sine fine nunc deficiens nunc fluens sed inuariabile.firmum.solidū firum.et immortale. manens in ipsa voluntate. Sicut enim ex amore oritur gaudiū.ita ex eterno amore oritur eternū gaudiū Declaratum est ergo qualiter ex dei amore quādo est primus in voluntate oriatur i ipa gaudium sine fine.

Amor dei ē imortalis.

Eoꝫ titu.

Infinitū Gaudium

amoris dei.

¶De conditionibꝰ et proprietatibus quibꝰ indutū est illud gaudium. Titulus.cl.

ET quia vt dictū est gaudiū est fructus amoris.iō tale erit gaudiū qualis ē amor et talis est amor qualis est res amata. Et quia iam monstratum est certissime quas conditiones.quas pprietates habz ꝑe amor dei.ideo sequit q similes conditiones t similes proprietates erūt in gaudio orto t nato de illo amore. Quia qualis arbor talis fructꝰ eius. Et ideo qz amor dei qñ est primus est semē iustū setū vez et ordinatum.purum sincerum et immaculatū. mundissimum diuinum et optimum rectum et fm naturam hois inquātū hō est. Exinde sequitur q istud gaudium qō nascitur de tali amore est fructus iustus.setissimus verus ordinatus purus sincerus imaculatus mundissimus diuinus optimus et rectus. et est gaudium quod conuenit homini inquantum hō est et fm naturam hois.et est totius fm deū. Qz sicut totꝰ amor est fm deum.ita totū gaudium est fm deum, quia ex illo amore ori-

ti.cxlviij.

ti.cxlviij

tur gaudiū. et sic totū gaudiū oritur ⁊ nascit de deo. ⁊ radicatur in deo ⁊ in creatore. ⁊ non in creatura ⁊ durabit tandiu q̄ diu deus creator durabit. et q̄ deus durabit semp. sic gaudium etiā q̄ inde surgit durabit semp. Et q̄ vbi est verū gaudiū ibi est vera leticia. Ideo tale gaudiū includit veram leticiā. verā iocūditatē. verā hylaritatē delectationē verā. ⁊ delectamentū verū. verā cōplacētiam quietē tranquillitatē delicias. exultationes. ubilationes. suauitatem. dulcedinem. satietatem et veram saturitatem. Et quia gaudium erit eternum semp durans sine fine. sequitur q̄ cū illo gaudio erunt oīa ista ⁊ leticia eterna ⁊ vera sine fine. delectatio eterna. vera ⁊ recta iocūditas eterna. hylaritas semp durans cōplacētia perpetua tranquillitas eterne delicie. exultatio ubilatio sine fine. Ecce ergo cōditiones ⁊ ppietates in q̄bus erit vestitum ⁊ fulatū ipm gaudiū. ¶ Q; gaudium quod nascitur de amore dei est tota vita hominis et voluntas. Titu. clj

ET quoniā istud gaudiuz est fructꝰ. Ideo quia fructus nascūtur et oriūtur ppter vitam et ad dandum vitā ⁊ nutrimentū ac sustentationē. sequitur q̄ istud gaudium dat vitā et nutrimentū homini et eius voluntati. Et de ipso ipsa voluntas viuet ⁊ nutrietur. ⁊ est ppria vita hominis ⁊ cordis. Sicut enim tristicia est mors hominis. ita gaudium est vita hominis. Ibi enim nulla vita est vbi nullum gaudium. Sed vbi tristicia est ibi mortis nūcius vel mors. Nam gaudium dilatat cor. fortificat ⁊ confortat nutrit ⁊ delectat. Et ideo nil aliud vult vel desiderat nisi gaudiū. per cōtrarium vero ipsa tristicia mortificat cōstringit. debilitat. destruit et annihilat. Et nemo eam vult. neq̄ etiam appetit. Nullus enim vult esse in tristicia continua neq̄ in tribulatiōe sed in gaudio continuo. Sicut enim tristicia est mors anime. ita gaudium est vita anime. Qui habet verum gaudium et perpetuum. habet vitam veram et perpetuā. et qui habet veram tristiciam et perpetuā habet mortem veram ⁊ perpetuā. Ergo qui habet amorem dei in se habet vitam verā ⁊ perpetuā. Quia de ipso amore dei nascitur verum gaudiū quod est vita vera. Qui ergo habet verū gaudiū habet totum cōplemētum quia ergo totū bonum q̄ homo vult habere est ipm gaudium quod est vita eius. ⁊ quā do habet gaudium habet totum quod vult habere. ⁊ nihil aliud vult habere quia omnia vult habere propter gaudiū ⁊ vt gaudiū habeat. Et q̄ istud gaudiū oritur de amore dei solum ⁊ de nulla re alia. ideo sequitur q̄ ad habendū totū bonum nostrū et totā vitam nostram ⁊ totum cōplementū nostrum sufficit habere vnicam rem. scilicet amorem dei. Et q̄ amor dei est intra hominem ⁊ non extra. quia est in voluntate et in corde. ideo sequitur q̄

Gaudiuz amorꝫ dei est vita hominis.

Habens amorē dei hz veram vitam.

Habens amorē dei hz totum bonum.

ad habendum totum bonū nostrum. et totum quod finaliter volumus. scilicet ipm gaudiū. nō est necesse habere aliquas res extraneas. Et p cōsequēs nec aurum nec argentū. neq lapides preciosos. nec honorē. nec dignitates. nec officia neq delectationes neq scientias. nec bona temporalia. neq cibos neq potus. Sufficit ergo habere amorem dei de quo nascitur omne bonū nostrū. z totum gaudiū. Et quia amor dei portatur in sua voluntate. ergo homo potest portare totuz bonū suū in sua voluntate. Et quia voluntas est semp in sua libertate. et in suo dñio. z nullo modo potest cogi. neq potest auferri ab ea aliquid nisi ipsa volente. sic q ipsa voluntas si vult nō potest in eternū perdere bonū suū. nec suū gaudium. Et per cōsequens viram suam. quia nemo potest tollere ab ipsa amorem dei in quo est vita et omne gaudium nisi ipsa velit. Concludamus ergo q ipsum gaudium quod nascitur de amore dei. est tota vita hominis et voluntas.

Amans deum portat totū suū bonū in corde.

¶ De gaudio quod nascitur ex amore dei dum homo vivit in hoc mundo.

Titulus. clij.

QUoniam autem ipm gaudium sequitur amorem. z prius est amor ꝙ gaudium. q eius fructus est. ideo necesse est q sicut dilatatur z extenditur amor. sicut crescit amor. sicut multiplicatur amor. ita dilatetur et extendatur gaudium. ita crescat gaudium. ita multiplicetur gaudium. Et quia iam monstratum est q ex amore dei quando est primus oriūtur et multiplicentur multi et infiniti amores. quia necesse ē q qui primo amat deum. amet oīa que dei sunt. Et ideo amor dei extendit se ad omnes creaturas inquātum dei sunt. sed primo se extendit in imaginē dei viuam. Et quia quilibet homo est imago dei. ideo quia primo amat deum. statim amat eius imaginem viuam. et per consequens amat omnem hominem. et exinde oritur statim gaudium ex tali amore. Quia sicut de amore dei oritur gaudium ita etiam de amore sue imaginis viue. inquantum est dei imago. et sic tot gaudia habebit quot homines amabit. inquantum sunt dei imagines Et sic de quolibet homine quē amabit inquātū est imago dei. poterit habere gaudium. et sic multiplicabit gaudiuz in hoc mundo. Et etiam quilibet gaudebit de seipso inquantum est dei imago viua. Ulterius etiā qui amabit omnes creaturas inquantum dei sunt sic gaudebit de omni creatura inquātum dei est. Et sic de amore dei inquantum est primus. nascētur homini et multiplicabuntur innumerabilia gaudia. q omnia habent ortum ab vna radice ab vno semine. s. ab amore. Et ideo iam homo viuēs in hoc mundo. recipit et colligit inestimabilem fructum de dei amore. quia semper est in gaudio. quia semper est in amore recto et firmo. et per cōsequēs

Titulo. cxxxiij.

Amans primo deū et amat a hoīem.

Amans creaturas ppt deū gaudet de oībus creaturis

cōtinue est in vita.ꝛ continue vivit.ꝛ istud gaudiū nemo potest tollere.sicut nemo pōt tollere amorē. Nec oportet in hoc mūdo habere aurum nec argētū.neq; abūdantiā rerū tēporaliū ad habendum istud gaudiū. Quia qui habet amorem dei in hoc mūdo habet suas diuitias in seipso intra se.q̄s nō videt. nemo scit nec cognoscit nīsi qui habet. Et ideo qui habet amorem dei.nihil extra se desiderat.nichil extra cōcupiscit ideo nulli inuidet.nil alienum desiderat.quia iam in se abūdat.ꝛ est plenus suo bono. scilicet suo gaudio.quod est vita cordis.Et ideo omnia alia p nichilo reputat.et ideo nō sitit neq; esurit bona corpalia. sed solū curat de amore dei.de quo totū oritur gaudiū. Patet ergo gaudium qđ nascitur de amore dei dum homo vivit in hoc mundo.

Amans deū habz suas diuitias i corde.

Amans deum oīa despicit

¶ Qđ gaudium sempiternū qđ oritur de amore dei potest esse tale ꝛ simile in infinitis hominibus sicut in vno.ꝛ in quolibet potest esse suū proprium gaudium sine impedimento alterius.

Titulus cliij.

ET quia vna res pōt esse primo amata ab oīb⁹ hoīb⁹.s.deus.ꝛ in quolibet potest esse amor dei similis.et ideo sequit̄ q; etiā istud gaudiū potest nasci ꝛ generari in quolibet homine.ꝛ tale potest habere vnus sicut alius. Quia sicut oīes simul possunt habere amore dei ita possunt habere gaudiū qđ nascit̄ de amore dei. Nec gaudiū vnius potest impedire gaudiū alterius. Et sic oēs hoies pōt habere simile gaudiū.ꝛ pōt impleri gaudio.ꝛ tñ ꝓpter hoc nullus hz minus.ꝛ tale gaudiū habere potest vnus sicut alius. et q̄libet pōt habere suū singulare gaudiū ꝛ ꝓprū ꝛ tñ tale erit vnū sicut aliū.quia sunt sīlia.sicut amor talis vn⁹ sic ꝛ aliud gaudiū pōt de novo multiplicari semp.ꝛ semp potest fieri novuz gaudiū ꝛ generari. Quia licet sint innumerabiles hoies.ꝛ illi habeāt gaudium.attamē de novo pōt innūerabiles generari augmētari.ꝛ nunq; terminari.sed semp multiplicari. Et tñ ꝓpter hoc gaudiū alterius nō minuitur. Quāto ergo hoies multiplicant̄.tāto gaudiū magis ꝛ magis multiplicatur. Et tota causa est.q; res primo amata est ipse deus.et est ipsa res primo amata quā vnusquisq; pōt habere in volūtate ꝛ corde amatam.et talis amor pōt esse in quolibet ꝛ sic vn⁹ amor est.quia est vna res primo amata.ꝛ per ꝓsequens erit vnū gaudiū multiplicatū in infinitis hoibus. Sic ergo er vna re gaudiū pōt in infinitum multiplicari sine diminutione.quis nō ꝓpter hoc deus perdit aliquid de suo. Ecce ergo qualiter oēs hoies ꝛ si sint infiniti.pōt habere insimul totū suū bonū.totā suā vitā s.totū suū gaudiū.ꝛ hoc er ipso solo deo.Et qualiter ipse sol⁹ est per seipsum sufficiens dare vitam insimul oīb⁹ hoib⁹. ꝛ eternū ꝛ sine sui diminutione.et hoc per amorē suū. Unde

Gaudiū vnius non impedit gaudium alterius.

Sicut homines sic et amor dei ꝛ gaudiū multiplicatur.

te ergo qualiter bona vera hominum nunq̃ diminuunt. sed semper crescere possunt. ⁊ non habent mensuram neq; terminum. sed magis multiplicatis hominibus magis multiplicantur etiam bona ⁊ gaudiū.

¶ De gaudio qđ nascit ex dei amore post vitā corpalē. ⁊ oltē de ex pfectione gaudij ⁊ amoris. q; sia clare deus creatorē suum facie ad faciē. et sine medio videbit.

Titulus. cliiij.

QUoniā autē ipm gaudiū est fructus amoris dei. et ideo necesse est q; illud gaudiū similiter impleatur et veniat in tantā plenitudinem. in tātā abūdantiā. q; nō possit esse maior neq; crescere vltra. ita q; anima nō possit capere amplius de gaudio. vt sic gaudiuz plenum fiat. Et quia sia amauit deuz primo per voluntatē. ideo ex tali amore sequit gaudiū. Et quia volūtas totaliter per amorem vnitur deo sequit etiā q; ipsa vniet ei per fruitionem ⁊ per gaudiū qđ est fruct⁹ amoris. Et cum ex clara cognitione dei sequitur maior amor Quia vbi maior cognitio est. ibi maior amor aut maio odiū est. Et quātomagis aliquid bonum cognoscitur. tātomagis amatur. Sed quia deus est solum bonū nostrū. quanto ergo eum magis cognoscimus. tantomagis eū amabimus. ⁊ quātomagis eum amauimus. tantomagis gaudiū habebimus. Et q; etiā deus nō pōt cognosci; nō amari. eo q; est summe bonus. summe benignus. summe sapiēs. summe nobilis. summe pulcher. et in eo est plenitudo omniū gaudiorū ⁊ diuitiarū. Neq; patitur in aliquo bono defectum. Si ergo deꝰ vult a nobis marime amari. sequitur etiam q; vult a nobis maxime cognosci. et vt gaudiū nostrum in eo plenum sit. necesse est vt anima videat ipm deum facie ad faciem. et hec cognitio est clara certa ac perfectissima ⁊ ad vota. ⁊ tantū quantum voluerūt sine medio vt sic magis diligat. et vt sic aie maius gaudiū oriatur. quia istud aliter esse nō potuit. Quia nisi deus quē primo anima amauit in fide. ostendat se ⁊ manifestet clare ⁊ clarissime non faceret debitū et ius amoris. Qz amor verus ⁊ purus omnia aperit. omnia secreta revelat. hoc autē requirit natura amoris. Et quia sia primo amauit quādo eum nō vidit meretur eū videre facie ad faciē dum eo fruetur vt maius gaudiū ex eo consequatur. Et quāto clarius eū videbit. tantomagis eū amabit. etiā et quantomagis amabit tantomagis gaudebit. qres quam aliquis habet quādo est bona. magis gaudebit quanto eam magis cognoscit Et per oppositum est de mala. Quanto aliquis rem malā quam habet cognoscit. tanto eam magis odio habet. Ergo ille qui primo deum amauit cum sit bonus et optimus. cum ipsum magis cognoscit. tanto ipsum magis amabit et per consequens magis gaudebit

Plꝰ amāt deū plus vniet ei p fruitionē.

Maxime amans deū maxime cognoscet. gaudebit et fruet eo.

bit. ⁊ sic cognitio erit cā maioris amoris. et amor erit causa maioris gaudij. ⁊ tātū gaudebit anima quātū amabit. quātū cognoscet ⁊ videbit. ⁊ vt pfectissime gaudeat oportet. vt pfectissime amet et oportet vt perfectissime cognoscat. et videat si perfectissime amare ⁊ gaudere debeat. Et ideo plenitudo gaudij arguit ⁊ ostendit. q̄ omia clare videbit. ⁊ cognoscet deū creatorē suū. sūme bonū. sūbe benignū. summe suaue et delectabilē. Quia q̄ clarissime videbit esse talez fortius amabit eū. ⁊ fortius tunc gaudebit. Et quia perfectio gaudij oritur ex perfectione et nobilitate amoris. Ideo vt gaudiū sit perfectissimum. oportebit q̄ amor sit pfectissimus. et q̄ amor ascendit ad gradū vltime pfectionis ⁊ dignitatis. Non aūt erit talis nisi qualis cōueniet deo Et iō quia deꝰ de se ⁊ ꝓpter se ē sūme amabilis. eo q; est sūme bonus et totus bonus. imo ipsa bonitas ⁊ purissima bonitas est. sūme benignus ⁊ summe benignitas ⁊ tota benignitas ⁊ totus liberalis. sūme dulcis. sūme suauis. pfectissime amans. sūme verus ⁊ summe potens. sūme sapiēs. et sūme perfectꝰ. Et ꝓpter hoc sequitur amor non erit perfectꝰ neq; ascendet ad vltimū gradū pfectionis. dignitatis ⁊ puritatis nisi anima amet ipsum deū creatorē suū. ꝓpter suā solā bonitatem benignitatem ⁊ liberalitatem et pulchritudinem suam Et non ꝓpter dona. neq; ꝓpter obligationē quia deus amabilis. purissimus et perfectissimus est. Et ex tali amore sequitur perfectissimum et purissimū gaudiū. m Et quia ad perfectionem gaudii requiritur summa securitas. ita q̄ omnia sint certissima ⁊ securissima. ita q̄ nunq̄ perdet tale gaudium. Et iō vt anima pfecte gaudeat. erit summe certa ⁊ secura. quia nūq̄ poterit amittere tale gaudium. ⁊ q̄ deus nunq̄ velit auferre ab eo tale gaudiū. et etiaz q̄ nullus est ita potens q̄ possit auferre ab eo q̄ anima clarissime cognoscet deum. ⁊ perfectissime amabit eum. et cognoscet quia poterit ipsum nō amare eo quia cognoscit quia deus est. quia est summa bonitas. ineternū diliget eam. ⁊ sic anima erit securissima. quia ipsa ieternum diliget deum. Et q̄ ieternū creatorē deꝰ eā amabit ⁊ q̄ ieternum videbit eum. ⁊ q̄ nulla alia res poterit destruere eā neq; illum amorem. Et per consequens erit securissima de suo eterno gaudio. quod ieternus nō amittet. sed tenebit ieternū

Cognitio erit cā maioris amoris.

Amor pfectissimus habebit gaudiū pfectissimū

Perfectissime gaudens erit summe securus.

¶ Q; ex natura gaudij et amoris ostēdit q̄ anima recuperabit corꝑ suum in statu magis amabili per omnia sibi conformiter. i quo poterit alia magis gaudere.

Titulus.clv.

Et qm̄ anima que primo amat deū ⁊ etiā seipsā in quantum est dei et in quantum est dei imago viua. Et ideo postq̄ anima amat seipsaz vult bonum sibimet. et amat bonum sibi. et gaudet de bono suo quoniam ergo anima amat suum

Jtez hō etiā nō solū placet deo sed etiā omnib⁹ amicis dei. qui sūme gaudent de hoc. Et sic hō simul acquirit amicitiam dei ⁊ omniū amicoꝝ suoꝝ. Melius ē eni hīe amicitiā dei et omniū amicoꝝ suoꝝ q̄m habere amicitiam pctr̄ ⁊ inimicitiā dei. quia pctm̄ est sūma turpitudo. sūma deformitas et malicia. et odibile i sūmo. et nullo modo amabile. et deus est summe bonus summe amabilis ⁊ nullo modo odibilis. Et sic maxia differentia est inter deū ⁊ pctm̄. Et etiā sūme placet deo pnia. q̄ ipsam hō saluat̄ et restaurat̄ qui erat deperdit⁹ in eternū p seip̄ sum. ⁊ ideo deus gaudet in eo q̄ sua creatura et opus suum q̄ pdiderat saluet̄. Et etiā omnes amici sui sūme gaudent de hoc. quia sūt boni. et letant̄ de bono. sicut dyaboli sunt mali et gaudent de malo. Sic ergo ꝓpter tantū placitū et tantaz ꝓplacētiā quā deus hz ⁊ oēs amici ei⁹ in pnia. debet homo totis viribꝰ conari vt ad pniaz festinet pro peccatis suis.

¶Aliud inductiuz ad pniam

¶Jtem aliud q̄ pōt incitare ⁊ inducere homīē ad pniam est vilio dei. q̄ de⁹ videt hois voluntatez ⁊ videt qualiter homo tenet in domo sua. s. in corde suo. q̄ melius et nobilius mēbroꝝ est in homine. in secreto dei inimicū capitalē. ⁊ illud q̄ de⁹ hz sūme odio. et q̄ deo sūme displicet. et nō solū tenet sed defendit. nutrit ⁊ abscōdit atq̄ augmētat. et inducit ipm in domū suā volūtarie. imo nō in domū ꝓpriam. sed in domuz dei. quia cor de vera iusticia est habitaculū dei et ptinet deo. Etiā hō quod peius est. facit ipsum inimicum. q̄ ante nō erat et cogitat sēp quō poterit multiplicare ipm. Oīa ista deus videt. Debet ergo hō in sūmo timere. q̄ sciliz teneat in seipo inimicū dei. ⁊ q̄ custodiat ⁊ defendat atq̄ nutriat ipm ipo vidente. psente et sciente. inimicū sui creatoris. redēptoris atq̄ iudicis. Quis em̄ esset ausus tenere. custodire atq̄ nutrire i regno regis inimicum regis capitatem rege presente. vidente et sciente? Nōne ille faceret regi magnā contumeliam ⁊ offensam atq̄ iniuriam? Nonne etiā ille mereretur a rege magnā vindictā? Immo etiam q̄s esset ausus cogitare seu in aīo ꝓponere. iimicū regis velle hospitare in domo sua rege sciente talem cogitationem seu tale ꝓpositum. Et q̄s esset ausus intrare domū regis. ⁊ portare regis inimicū depictū ante faciē regis? Et q̄s esset ausus recipere bona a rege. et vivere de bonis regis. ⁊ suum inimicum capitalem in domo sua hospitare ⁊ defendere ipo sciēte? Credo q̄ null⁹ esset ita ausus. Ergo posth̄ homo scit et cognoscit q̄ peccatum quod ipe tenet in corde suo est inimicus dei capitalis. et q̄ deus hoc videt et cognoscit. ⁊ q̄ scit. si ipsuz non expellit stati de corde suo. tūc facit deo maximam iniuriam. offensam et cōtumeliā. quis reputat eū vel impotentez. vl̄ inscientem. vel fatuū. Nōne ille stat in maximo periculo absq̄

fallo? Quia timor est ꝛ summe timendū. nisi homo statim ipm a se expellat. q; deꝰ faciat vindictā. et ostendat suā potentiā scientiā ꝛ iusticiam. precipitet ipsum cum in inimico suo in profundum inferni imo imum est ꝛ super omnia mirabilis. quō deꝰ sustinet tanto tpe inimicos suos mortales. Et q̄ hoc nō sentit periculum neq; timet. amisit intellectum ꝛ ratione caret ꝛ merito fatuus reputabit̄ maxime in tempore vltionis. Et in isto apparet dei imensa clemētia et bonitas sic sustinere nutrire ꝛ defendere a dyabolo suos inimicos. et suorum inimicorum zelatores atq; defensores Nā nō posset maior bonitas excogitari. Et ex hoc apparet q; deus non vult hominem perire. sed expectat ipsum ad penitētiā. sꝫ vt saluet̄ parcit. nec pōt esse alia cā q̄re si hō nō venerit ad pñiam tādiu expectatus q; extūc maiorē vindictā ꝛ indignationem dei incurrat. qr ingratus est deo. ꝛ contēnit illā imēsā bonitatē dei. Debet igit̄ hō ad vitandū tantū arduū et magnū periculū in q̄ continue existit. ꝛ propter tantam bonitatem ꝛ expectationem dei currere ad pñiam ꝛ subito expellere a se inimicum dei et suū. ne subito super eum veniat ira dei et vindicta. quib; ipe poterit pdere corpus et aiam ꝓpter ingratitudines ꝛ cōtemptū dei

¶ Aliud incitatiuū ad pñiam.

¶ Preterea aliud ē quod deb t hominē incitare vt currat ad pñiam. s. iusta punitio peccati Vñ iam ꝓbatū est ꝛ impossibile est aliter esse. qm̄ oia facta ꝛ verba ꝛ cogitatiōes hoīs iudicent et recipiant debitam remunerationem boni vel mali ꝛ ideo de necessitate oīa opa hominis mala ꝛ cogitationes male. et oīa pcta opz q; puniant̄. qr nō pñt remanē impunita. et ideo si non puniantur in hoc mundo. oportet q; in alio mundo puniantur p iusticiam debitā. Et ideo bonitas dei ordinauit. q; pcta hicp pñs puniantur. ꝛ constituit suos iudices in hoc mundo loco sui. qui iudicent et corrigant pcta ꝛ puniant in hoc mūdo fiat iudiciū de ip̄is ne si reseruentur in alio mundo iudicent̄ ad q̄ demnationez eternam. Et ideo si homo nō vult in mundo facere penitentiaz et iudicium de peccatis suis necesse est q; post hāc vitaz eternaliter puniatur. Itē etiā declaratum est in capō de eterna iusticia. quot ꝛ quanta mala incurret ania si non saluet̄ qr anima est immortalis. et ḡ bñ vel male habebit in eternū Debz ergo hō currere ad penitentiam. vt euadat tristiciam eternā et penā infinitā. in quā de necessitate incidit si nō fecerit pñiam. Si ergo hō nō vult venire ad iudiciū in alio mūdo veniat hic ad iudicium secretū voluntarie coram iudice a deo ordinato et confiteatur peccata sua. et accuset seip̄m in veritate coram eo. et sic euadet iudicium damnationis

¶ Aliud inductiuū ad pñiam.

¶ Preterea aliud q̄ dz hominez incitare ad pñiam. est certitudo ꝛ infallibilitas mortis. ꝛ incertitu

do ipsius hore mortis. Nam nō est in alicuius ptāte vlongare vnā horam vite quia vita hominis stat in manu alterius. s. dei. Si ergo homo est incert⁹ de hora. quō audet remanere i tāto piculo p qō pōt incurrere eternā penā ⁊ tristiciā infinitā? Cū ergo hō tā faciliter pōt euitare tāta picula. q̄ finē nō hñt p pñiam qō tā facilis fit qz volendo ⁊ loquendo. Quid ei facilius q̄ velle et loqui. Ibi ei nullus labor ē. nulla fatigatio Volendo em et loquendo coram iudice pctm destruit. ⁊ remittitur eterna pena. ⁊ hō euadit tristiciam. que finem nō habet. Est igitur hō stultissimus q̄ voluntarie vult stare in tanto piculo quo maius nō pōt excogitari. cū possit ipm vitare tam faciliter q̄ nō poterit facilius cogitari. et nō est secur⁹ de die crastina et nō potest prolongare vitam suam ad vnam horam.

¶ Aliud inductiū ad pñiam.

¶ Item aliud etiā qō ds sume inducere hominem ad pniam est mors xpi et sanguis qui effusus est p pctis totius mundi vñ mors xpi superat oīa pcta que fieri possunt. vt declaratur est. et scō clamat sanguis xpi ad oīs peccatores. vt veniāt ad penitentiā et recipiāt ꝺm tutem et influentiā eius. quia nō est effusus nisi ad lauandum pcta. Et iō q̄ p temnit sāguinē xpi. ⁊ non vult lauare peccata sua in sanguine eius dz viuit in hoc mundo. necesse est q̄ dānetur. et maxime xp̄ianus. qui emptus est semel p̄cio sāguinis xpi dānabitur sine ꝓparatione plus q̄ oīes alij. qz contēnit sanguinem tām preciosum. Cui cūq; igitur vult fugere penas eternas et puenire ad gaudia eterna dum adhuc vacat. et in hoc corpe viuit. ⁊ potest facere pēitentiā: currere dz ad sacm pñie vt impetuū viuat. Conari igitur debet hō dum tempus habet vt expellat de seipo ⁊ de domo sua inimicum suū capitalem et mortalem et inimicū sui creatoris et factoris et oim creaturarū. s. ipz pctm ne inueniatur in eo in morte. qz cū eo iudicabitur ad ignez eternū. ⁊ peribit in eternū. Qualiter pōt hō tolerare in suo ortu in sua domo in sua camera. ⁊ in suo corpore inimicum capitalem. Et si ibi nō potest sustinere. quō potest tūc inimicū suū ⁊ xpi ⁊ oīs creature dei i secreto cordis sui abscondere per vnum momentū et non solum tolerare. sed qō pius est diligere et amare tāditū. Tādiu em homo tenet peccatū in corde suo q̄diu non habet ipz odio. Et quō poterit diligere peccatū. per quod perdit eterna et infinita bona. et acq̄rit eterna ⁊ infinita tormenta ⁊ mala. p qō perdit eternum ⁊ infinitū gaudiū. ⁊ incurrit eternā tristiciaz Quō pōt homo tenere peccatū et diligere. p quo oportuit deum incarnari. ⁊ turpissima morte mori. Quō pōt hō seipsuz sustinere esse malum qui non potest nec vult sustinere alias res suas esse malas. nec corruptas nec maculatas. Quō pōt homo sustinere seipm esse malū qui omnes alias res vult habere bonas/ bonā domū

pestem bonam. ⁊ vrotem bonā ⁊ filios bonos. Quō igitur nō iudicaret homo iste nec condēnaret iuste. qui contēnit sāguinem filij dei. et seipm. et refutat mortem tam amaram xpi. ⁊ p nullo reputat. et qui dimittit maxima bona et eterna. ⁊ querit vilia et trāsitoria. qui q̄rit terrena ⁊ dimittit celestia. qui querit aliena bona ⁊ extranea et dimittit p̄pria bona. Quid em̄ peius seu turpius q̄ q̄ homo qui habet animā immortalē ponat spem suam in re trāsitoria ⁊ mortali. ac corruptibili et in re viuente p momentum? Cur etiam nō iudicaretur iste hō iustissime. qui tātū diligēs est ⁊ tātum laborat in rebus extra se. et est negligentissimus intra se ⁊ seipm dimittit p̄ire. q̄ reparat ea que sunt extra se. ⁊ que intra se sunt relinquit. qui pulchre ordinat ea que sunt extra. et que sunt intra dimittit inordinata. qui est diligētissimus ad corrigendum defectus aliarum rerum. ⁊ disponit oia recte ⁊ perfecte. sed est negligētissimus emēdare proprios defectus. qui vult q̄ alia oia reddant debitum et iusticiam ei. ⁊ ipe sibunetipi non reddit debitum neq; iusticiam. qui vult q̄ omnia sibi proficiant ⁊ nulla nocent. ipemet sibi nō vult p ficere ꝛ nocere. et seipm continue destruere. qui tantum laborat circa alias res q̄ seipm negligit. qui tantum studet vt alias res cognoscat p fecte ⁊ seipsuz non curat cognoscere qui est super oia alia. et propter quem facta sunt oia. Cogitet ergo hō q̄ sicut ipe facit de rebus sibi subiectis ſ. quādo sūt inutiles. turpes ⁊ maculate q̄ illas destruit et mittit i ignez vel extra domum ⁊ extra visum et sicut homo refutat omnes res extra se. que sunt viles et corrupte. sic etiā ille qui est supra nos. refutabit nos si fuerim⁹ viles turpes et corrupti. Sicut enim ipe homo vult habere res pulcras. p̄ciosas et honestas p̄ se et etiam mundas ⁊ non maculatas desiderat. ita ille q̄ est supra nos cum sit nobilior. mūdior p̄ciosior sine cōparatiōe. vult habere p̄ se res p̄ciosas mundas et immaculatas. nam quanto aliquis est glorioſior ⁊ dignior. tāto debent oīa que ipm concernunt esse gloriosa ⁊ dignioza. Currat. igitur homo ad pniam ⁊ lauet peccata sua vt sit purus. sincerus ⁊ mund⁹ in cōscientia. quā deus diligit super oēm mūdiciam. q̄ est sua habitatio. et timeat futurā sētiā quā audiēt illi q̄ erūt im mundi ⁊ maculati. Nam illoꝝ habitatio conuersatio et societas erit cum immundissimis ⁊ deformissimis dyabolis. quoꝝ aspectus omnē penā hui⁹ mūdi superat et excedit. et illius conuersationis non erit finis. ¶ Quintū sacramentū est extrema vnctio. ⁊ est vltimū medicamētū in quo datur gratia. per quam hō de lapsu repat⁹ eriēs de hac vita et tendens ⁊ transiens ad finalem gr̄am hic. ⁊ finalez gloriā in alia vita disponitur et preparatur ad sanctā sanitatē ⁊ spiritualem vigorē. ⁊ ēt destruit peccata venialia

et curat infirmitatē et languorem seu debilitatem spūalem relictam ex pctō. et alleniat infirmitatem corporalem. si infirmo expediat.

Titulus .cccij.

QUoniam autem necesse est hominē mori et exire de hac vita. z quia aia est ordinata finaliter ad eternā gl'iam quam habebit amādo deū toto corde. adherēdo et p voluntatem totaliter. et recedendo totaliter a malo et inordinato amore. et quia aia existens in carne corrupta trahit a carne multotiens. z inclinatur ad eā. quia hz viuere cū ea. et ō aia grauat z inficit onerata. z incurrit pctā venialia velit nolit. z aliqualiter maculat z impeditur. ne totaliter possit tēdere in deū p amorem. ideo q aia debet trāsire de vno statu in aliū. oportet q vadat immediate ad deum vel ad purgatoriū. z ideo seq̄t q indiget nouo vigore ad fortiter amādum deum. z ad totaliter se vniēdum cū deo p amorem. z ideo indiget noua gr̄a et adiutorio nouo ad feliciter z celeriter euolandū ad deū p totalem deuotiōem sursum tendendo vt totaliter ipa eleuet in deum. et etiā si vadat ad ignē purgatorū ad purgādū indiget vigorari vt facili⁹ sustineat dolorem ignis. donec sit purgata. Unde Quo impe duo sunt q̄ pñt aiam impedire diūt aiaz et aggrauare. vt nō sit facilime euolet. ter apta ad volādum ad deū

Unū est q̄dā debilitas derelicta ex pctō. cuius ei aia sit purgata a pctō mortali. attamē remanet quedam debilitas in ea z quedā infirmitas spūalis. sicut i infirmitate corpali. que q̄uis sit curata. adhuc remanet q̄dā debilitas i corpe. Aliō sūt q̄ō aggrauat aiaz z trahit eā deorsū. et aliqualiter retrahit eā a deo. est pctm̄ veniale qz ois culpa siue mortalis siue venialis elongat aiam a deo. sed culpa mortalis totaliter elōgat. z culpa venialis minorat z diminuit amorem. Et ō indiget anima vt nullā culpā sentiat vt totaliter euolet ad deū. Et q̄ p sacrā vnctionē debet ipsa anima curari. sanari z reficiari. et recipere gratiam ordinatum fuit z institutū sacramētū extreme vnctiōis ad aiam p̄ficiēdā et sanādā ab oīi macula z debilitate spūali. i quo fit ei remissio ois pcti venialis q̄ ad culpā. sed nō quo ad pena. vt ipsa aia exonerata a culpis venialib⁹ z aliis seq̄lis q̄ deprimunt aiam deorsum veloci⁹. facili⁹ z expeditius euolet et trāseat ad celū et p̄sequat salutē eterne iocūditatis. z hoc p deuotionē leuatē eā sursum et p̄ quietionem mētis ad deū. qō q̄dē sacm̄ fit p medicamēti corpalis modū. sicut sacm̄ baptismi fit p modū ablutionis corpis. Sicut autē in aliis sacris per visibile significatur inuisibile. per illud quod videm⁹ exteri⁹ significat illud i inuisibile qō fit interi⁹ i aia. ita z i isto sacro. Ubi in isto sacro extremo visibile quod fit et apparet exteri⁹. est vnctio olei cōsecrati per modum medicatiōis corporalis in septē partib⁹ corporis

Unctio dātur ad sanandū ab oi macula z debilitate spūali.

Quare hō sacramentū dēt i ḡn ḡ sēsibus.

dēminatis. s. in oculis. i auribus. in naribꝫ. in manibꝫ. in labijs. in pedibꝫ. ⁊ in lūbis. ⁊ hoc fit sīl cū ꝓbis dēpcatiōis. ⁊ dat solū adultis ⁊ postulātibꝫ. ⁊ solū i piculo mortis. Et qz in oī sacrāmēto visibile ꝓportionat inuisibili ideo cōsiderādū est q̄liter i hoc sacro fiat talis proportio. Sicut enī exterius fit q̄dā medicatio in corpore per modū medicatiōis ⁊ vnctiōis cū oleo. qō est curatiuum vulnerū. ita significat q̄ interius ipa anima curatur p gr̄am dei que ei datur et iungitur vt facilius trāseat ad celum. Et quia anima contrahit infirmitates spūales i corpore. ⁊ pctā venialia. ⁊ spēaliter p illas partes supradictas offendēdo deum in quibꝫ est radix infirmitatis spūalis. ideo fit vnctio in illis septem locis supradictis ad significādum q̄ ipa anima disponit et prepara tur per hoc sacīm ad plenitudinē sanitatis per dilectionem ⁊ discretionē. et curationē oīm pctōrum. que p illas septem ptes cōmittūtur. Item in hoc sacramento est oleū simplex ⁊ nō mixtū. sicut in baptismo et confirmatione crisma. ad significādum q̄ sicut oleū est nitidū ⁊ de se significat sanitatem q̄ per illud sacramentū cōsequētia hoīs fit mūda totaliter. vt nulla culpa remaneat i ea. et hoc p gratiam que datur Et ideo hic non admiscet balsamū cum oleo sicut in confirmatione quia cōfirmatio datur ad augmētandū et pugnādum publice. et ad cōuersandum inter alios hoies. vbi requiritur odor bone fame q̄ significatur per balsamū. sed hic in exitu siue transitu ad celū. sufficit et reqritur nitida et mūda conscientia. que significatur per oleum simplex rōne nitiditatis sue. scōz quā iudicat iudex celestis. Item p istud sacramentum fit curatio a pctis venialibus. et hoc p gr̄am leuantem aiam sursum per deuotionē. et ideo nō dat pmulis q̄ non peccant venialiter. nec possunt hīe deuotionē leuantē sursum q̄ curat peccata venialia. Item etiā qz in illo sacro requirit deuotio sursum leuās aiam. ideo nō debet dari nisi postulantibꝫ qui p deuotionem eleuant. Itē etiā nō datur nisi infirmis. qz hoc sacīm non datur nisi p modū curationis corpalis. que significat spūalem curationē. et ideo si nō esset infirmitas corporalis. non esset cor reſpōdentia. Vñ q̄uis p talem inunctiōem nō curetur infirmitas corpalis nō est ꝓpter hoc falsum signū. quia talis vnctio nō datur ad curationem corporalem. sed ad significandum curationē spūalem. ita q̄ significatur. q̄ sicut exteriꝫ in corpore datur vnctio corpalis ipi corpi existēti infirmo. ita sīl datur intus vnctio spūalis ipi anime existenti infirme. Et ideo talis curatio semper fit que significat. sz corpalis nō fit nisi per accidens aliquā do. Unde quia illud sacramentum nō fit nūl ad eleuandū aniā ad deū per deuotionem in q̄ anima recipit vigorē. ⁊ alleuiatur ⁊ trāquillat. ⁊ letificat. ⁊ qz gia regit corpus. ideo multotiens fit repssio molestiarū cor

Materia vnctionis

Dat i exitu.

Parulis nō datur.

Dat solū i firmis.

Sepiꝫ curat infirmitatem corporalem.

poralium. quia alleviatis molestijs aie alleviantur sepe molestie corporis. Et nō hz illud sacramentū nō sit principaliter institutū ad curationem infirmitatis corporalis. sed pcti venialis. qz peccatū mortale est magis mors q̄ infirmitas. et p̄ia que destruit ip̄m est magis sanatio q̄ medicatio. stramē p accidens valet ad curationem et alleviationem infirmitatis corpalis. et hoc tolerādo quo dā modo aiam que regit corpus ip̄sam sanando. et vigilādo i bono. et exorando in malo. et hoc fit quando infirmo magis expedit viuere ad cumulādū magis merita. Sicut eni spūs tristitis exiccat et cōsumit corpus. ita aia leta vivificat corpus et releuat a doloribus suis. Et sic apparet magna differētia iter ist̄ud sacr̄m et cōfirmationem. que fit sl'r p vnctionē. qz confirmatio preparat z disponit aiam ad melius agonizandū z pugnandū cōtra hostes visibiles. sed extrema vnctio ad celerius trāseundū. ad volandum ad celum. z ad regnū celoz. licet etiam disponat animam ad fortius resistēdū cōtra inimicos spūales et invisibiles. s. diabolos. Itē etiam quia confirmatio cōficitur in balsamo. hz ist̄ud in solo oleo. Itē etiam qz in forma verboz est differētia. Nā sacr̄m cōfirmationis fit cū verbis indicatiuis. hz ist̄ud fit cū verbis de p̄catiuis. et per hoc etiam differt ab alijs sacramētis p̄cedētibus que fiūt in forma indicatiua. Vñ in isto sacro magis cōuenit ꝓbis dep̄catiuis vti q̄ indicatiuis propter multa. Prio quia suscipiens hoc sacr̄m est destitutus propijs viribus q̄re indiget subleuari per deprecationē Scōo quia aia curatur p deuotionē et eleuationem sursum ad spūalia: que est propria curatio pcti venialis qō deorsum trahit. z ideo ḡa illud quod supra omnia exeitat aiam ad hoc ē deprecatio et oratio. ideo conuenit modus deprecatiuus. Tercio quia hoc sacramentum datur recedentib⁹ ab alijs christianis. et in manus solius dei requiescunt. vnde deo anima commendatur per deprecationem. et ipsa ei cōmittitur. q̄ vis autem ad sacr̄m non detur i modo indicatiuo. sed deprecatiuo. tamē de se hz certitudinem. ita q̄ semp cōferk qō significak p tale sacramētum et p illa ꝓbs de p̄catiua nisi fuerit impedimentum ex pte recipientis. et hoc si habeat fictionem in se z nō credat. Item etiā differentia. qz cōfirmatio fit in fronte. illud fit in septem partibus corpis. Itē differētia. quia confirmatio fit tē poze sanitatis. hoc autem fit in tempoze infirmitatis. Item cōfirmatio nō solum datur adultis. sed etiam parvulis. extrema autem vnctio solum datur adultis.

Differentia inter confirmationē z extremā vnctionem.

In extrema vnctione vtimur verbis de p̄catiuis.

¶ Sextum sacramentum est ordo. per quod datur z committit̄ personis certis auctoritas spiritualis et potestas intellectualis indelebilis z permanens dispensandi z ministrādi sacra salutis nomine et vice xp̄i omnibus hominibus.

¶ Titulus .ccciij.

Quoniam autem dictum est de quinq; sacramentis que sunt ordinata ad dandum vitam spiritualem omnibus lapsis et perditis ac mortuis. et ostensū ē qualiter baptism⁹ regenerat et releuat a primo lapsu. confirmatio corroborat ad pugnam. eucharistia nutrit. penitentia iterum releuat a scdo lapsu si contingat. extrema vnctio purgat totaliter a peccatis venialibus. et sanat ⁊ vigorat. ⁊ preparat vt hō sit aptus ire ad regnum celorum et sic ista q̄nq; sacramēta sunt necessaria cuilibet homini vt recipiat ipa. si vult saluari. vel saltē aliqua sūt necessaria oīno aliq̄ cōueniēcia et vtilia ⁊ nō semp necessaria. Sicut aūt ista sacramenta sūt necessaria duob⁹ hoibus lapsis vt suscipiāt ea. ita necesse est q̄ sint aliqui homines q̄ habeāt potestatem seu officium dandi et ministrandi ipsa sacramenta. Et quia omnia sacramenta sunt et ab ipo totā habent virtutem. ideo oportet q̄ talis auctoritas seu officium ministrandi detur a rpo cuius sunt sacra quia nullus pōt ministrare neq; dispensare res alicuius dñi. nisi de licētia ⁊ auctoritate dñi cuius hec sunt. nec haberet vigorem quicquid aliter factum esset. Sic ergo necesse est q̄ auctoritas seu officium dandi et ministrādi ipa sacramenta cōmittat ⁊ detur spaliter aliquibus personis specialibus. omnibus vero indifferēter. Sicut ergo rps ordinauit ipa sacramēta vt hoies suscipiāt ea. ita necesse ē q̄ ordiet hoies ⁊ personas q̄ ministrēt ipa sacra. Et sic necessaria ē ptās i tra i hoib⁹ distribuendi sacramēta i nomine rpi. et sic duo sunt necessaria hominibus in terra viātibus. Primū est ipa gratia per quā regenerant ⁊ pficiuntur vt sint apti intrare in regnum celorum. Et qa ista gratia datur p sacramenta visibilia. ideo est necessarium secundum scilicet auctoritas seu officiū āministrā di ipa sacramēta. et in isto est totū complementuz salutis hominū. Sicut enī i gnatione hominis occurrūt homo ⁊ deꝰ. ita q̄ homo administrat corpus. et deus creat ipsam animā. et sic insimul cōcurrūt ad generationem homis ita cōformiter ad regenerandum ⁊ repanduz homine p sacramēta q̄ sunt res visibiles et corporales debēt concurrere hō et deus. vt scz homo et administret sacrm corporale et visibile et deus creet ipsam gram q; sacrm est sicut corpus et gra est sicut aia. Et ideo sicut in generatione hominis hō administrat totū illud qđ corpale est et visibile. ⁊ deꝰ creat totū illud qđ est spūale et inuisibile. s. ipam aiam rōnalē. ita in regeneratiōe et reformatiōe hois hō administrat totum illud qđ est corpale et visibile. s. ipm sacramētū. ⁊ deꝰ creat totū illud quod est inuisibile. s. ipam gra. ita q̄ sicut hō generat ab hoie p ministeriū corporis q̄si p q̄dā officium a deo ordinatum. ita cōformit hō regenerat ab hoie p

Duo sunt hominib⁹ hic necessaria.

ministerium corporale quasi p quoddam officiū a deo ordinatum Et sicut potestas ministrādi corpus data est hoi. sed potestas creandi aiaz nō potuit dari homini. quia soli deo conuenit. ita potestas ministrandi sacramentū visibile debuit dari homini. sed potestas creādi et dandi gratiā non potuit dari nec cōicari homini. qz soli xpo conuenit in q̄ tū deus est. Sic ergo conuenientissimū ēt officium seu ptās administrādi sacramenta corpalia et visibilia cōicatur xpīs hoibus. Et etiam qz maior vnitas z amor generatur inter hoies xp̄ hoc q̄ vnus generatur ab alio. q̄ q̄libet totaliter fieret a deo. ita simlit maior vnitas z maior dilectio generatur inter homines si vnus regeneratur ab alio instrumentaliter et recipiat sacramentū ab alio. in quo recipit vitā spūalem a xpo. Et ideo qz vita spūalis cōsistit in charitate z vnitate. nō conuenientissime debuit ordinari vt homines vice xpi administrēt sacramēta salutis hominib9. vt magis fierent vnum inter se.

¶ Qz per istā auctoritatē cōstituitur z fit platura et ordo z superioritas z inferioritas.

¶ Titulus.ccciiij.

Et qz oēs xpiani q̄ sūt mēbra xpi cōueniunt in sacramētoz suscepticōe. qz oēs indigent et omnibus sūt necessaria. qz oēs indigent vita spūali ideo i hoc oēs sūt equales. nec vn9 est superior nec3 dignior altero q̄ tū ad hoc. Sed qz vt iam dictū ē necessaria ē auctoritas et potestas administrādi ipsa sacra. z q̄ cōmittāt aliquibus xpianis. et qs illa auctoritas z ptās est talis dignitatis et honoris. et eleuat tales hoies de vno gradu sup omnes alios qui nō habent talē ptātē z auctoritatem eis cōmissam z ponit eos in honore z dignitate. Sic etiā homo qui generat alium administrando corpus cōstituitur in aliquo honore sup illum qui gnatur. z dicit pater eius cui debetur honor. Et iō de necessitate fit differentia et distinctio ꝓpter talem auctoritatem z ptātē inter xpianos z fideles et inter mēbra xpi. z etiam q̄dam superioritas et inferioritas z vnus fit maior z altero et superior. et per ꝑis fit ordo preeminentia et platura z gradus. Quia vbi est superioritas et inferioritas. necessari9 est ordo. Et ideo talis auctoritas z prioritas vocatur ordo. quia de necessitate cauſat z facit inter xpianos superioritatē et inferioritatem. Sicut enim xpiani eleuant supra nō xpianos de vno gradu. ita xpiani habentes talē ptātē eleuātur supra non hñtes de vno gradu Et sic inter xpianos est cōueni entia z differentia rōne cōuenientie z equalitatis. et rōne drīe z inequalitatis z superioritas z inferioritas. Qui enim hñt ptātē. plus hñt q̄ illi q̄ nō hñt qz totū est a xpo. Sicut em oia mēbra corpis hūani conueniunt in vita et caloze naturali p quē oia viuūt. ꝫ etiā drīnt per diuersas ptātes z officia q̄ singula mēbra hñt. sic fit inter fi-

Tit. pce.

deles. qꝛ oēs cōuenīt ꝫ tū ad charitatē. sz dñm ⁊ diligūtur penes ptātē ⁊ officiū. Et quia talis dña ⁊ distinctio necessaria ē a dyuēdū ordiate ⁊ bene inter xp̄ianos ita q̄ opz q̄ alii recipiant sacra. e. nō dant nec̄ habeāt ptātē dādi. ⁊ aliq̄ sint t̄ q̄ etiā recipiāt. ꝓmo. et etiā habeāt ptātē et auctoritatem dādi alīs. ō de necessitate sūt due ptes inter xp̄ianos. et q̄si due gētes distincte. s. ps laycalis et ps clericalis. Et ps clericalis est superior et dignior. et ō elt magis ꝓpinq̄ xp̄o et magis sīlis. qꝛ inīmul' clerici hñtes ptātē ꝛcurrūt cum xp̄o ad vnū opus. qꝛ xp̄s dat gr̄am in visibilē. ⁊ clerici q̄ sūt ministri eꝰ dāt sacra visibilia. et ō sūt coadiutores ⁊ coopantes xp̄i. ⁊ ō sūt magni honoꝛ. et magne dignitatis et pte officij xp̄i.

Duo sūt gña hoiz xp̄i. q̄stia.

¶ Qꝛ ptās ista inuisibil' et spūalis dat̄ p sacrm̄ visibile et manifestū signū. sicut gratia dat̄ i alīs sacramentis.

¶ Titulus. cccv.

Et q̄m ista ptās administrādi est necessaria ⁊ ponit distinctionē inter xp̄ianos et mēbra xp̄i. et sepat tales p̄sonas ab alīs. et eleuat eas i dignitate et in gradu. ō sicut in alīs sacris per visibile dat̄ inuisibile. ⁊ per aliquod signū exterius apparens datur interius in aīa ipsum inuisibile occultum et nō apparens. ita q̄ illud quod exterius fit significat quod interius fit. ita q̄ exterius sunt res corporales et verba audibilia q̄ significant illud quod interius recipitur. ideo necesse est etiā q̄ talis potestas dispensandi et dādi sacrametū detur per aliq̄ signū manifestū. per aliqua ꝛba q̄ significent talē ptātē. sicut i baptismo per aquā visibilē ⁊ per verba insimul cōuncta. datur ablutio in aīa et gratia. Et ideo necesse est q̄ sit sacrm̄ ordinis sicut sacrm̄ baptismi i quo detur ptās per quā fit gradus et ordo et superioritas inter xp̄ianos Vñ q̄ tales p̄sōe debent separari et distingui ab alīs p̄sonis. cōueniēntissimuz est q̄ hoc fiat per aliqua signa manifesta. Si em̄ ordinatū est q̄ hō non xp̄ianus fiat xp̄ianꝰ et constituī in eē xp̄iano per aliquod signū manifestū. ita congruum est q̄ talis xp̄ianus constituat̄ in tali gradu ptāt̄ super alios per aliq̄ signa manifesta et ō ista ptās debuit dari per modū sacri. Et q̄m ista ptās est non est gratia q̄ datur in alīs sacramentis. ergo oportet q̄ sit aliquod aliud inuisibile ꝫ ipsa gratia. Et ideo est aliquod signum seu sigillū impressum in anima quod dicitur caracter spūalis et tale signū spirituale impressum in anima est ipsa potestas spiritualis collata. seu potestas fundata in tali caractere seu signo. Vñ necesse est q̄ tales persone q̄ recipiunt talē ptātem et auctoritatē magt̄ assistant xp̄o ꝫ alie

Necesse ē eē ordinē

Caracter imprimit in ordine.

persone.et alio modo ꝛ distincto modo. Et qꝫ alij xp̃iani assistant xp̃o per gr̃am et etiã ille psone cũ etiã recipiant alia sacra iõ opꝫ qꝫ vltra gr̃am q̃ dat oib⁹ p alia sacra recipiãt aliqđ aliõ inuisibile in alia pqđ ascẽdãt ꝛ eleuẽt sup alios. ꝛ mõ spũ sti assistit ilent xp̃o. Et iõ i illo sacro impmit aliqđ i aia qđ nõ ẽ ipsa gr̃a q̃ renouat hoiez lapsũ et iõ ꝯtus talis hõ pdit gr̃am sibi datã per alia sacra. nõ tñ ppter hoc perdit illõ inuisibile seu illã ptãtẽ inuisibilẽ que dat in illo sacro. qꝫ talis ptãs non est ipa gr̃a. sꝫ distinguũtur et sũt due res spũales. qꝫ vna põt eẽ sine alia. Et iõ neq; per petñ neq; per offensã neq; per lapsũ xp̃ian⁹ q̃ semel accepit talem ptãtẽ ꝛ auctoritatẽ nullo mõ põt perdere. nec ẽ in ptãte sua amittere nec ãnullare illũ caracterẽ qui est indelebilis internũ ꝛ pmanẽs ꝛ tãdu ꝯ diu aia est ꝛ erit. Qui q̃ accepit sacrm ordinis accepit rem spũalem indelebilẽ ꝛ inuariabilẽ ꝛ sẽper permanẽtẽ sicut anima.

Caracter ẽ indelebil'

¶ Qꝫ bonitas ꝛ malicia persone nõ diminuũt neq; mutãt neq; destruũt talẽ ptãtẽ administrandi sacramenta.

¶ Titulus.cccvi.

HOc autem conuenientissimum est qꝫ scilicet talis caracter siue potestas sit indelebilis ꝛ permaneat etiã si gr̃a destruatur Unde cum talis potestas et auctoritas administrandi ipsa sacramẽta detur illis quibus datur non propt seipsos sed propter alios. vt. s. alij recipiant sacramenta ab eis in quibus recipiant' gr̃am et salutem sicut ordinatum ẽ christo. ideo cum ista potestas necessaria sit propter alios et non propter illos qui habẽt talem potestatem. qui possũt perdere bonitatem et gratiam et possunt effici mali. necesse ẽ qꝫ ꝯtus perdant bonitatẽ ꝛ gratiam qꝫ nullo modo perdãt talem potestatem seu auctoritatem. Unde qꝫ necesse est qꝫ homines recipiãt talia sacramẽta ad eorum salutem. quia ita ordinatum est. et etiam necesse est qꝫ aliquibus personis detur auctoritas et potestas administrandi et dandi ipsa sacramenta. et hoc per sacramentũ ordinis. ideo necesse est qꝫ bonitas siue malicia ministri q̃ habet talem potestatẽ nichil addat vel diminuat de potestate eius. nec auctoritate. quia ipa bonitas potest perdi frequenter et recuperari. Et ideo fieret maximum nocumentũ et damnum omnibus alijs recipientib⁹ ipsa sacramenta. si talis potestas destrueretur propter maliciam persone. et malicia ministri preiudicaret et noceret saluti aliorũ quod fieri non debet. Et etiam nullus est certus de malicia et bonitate alterius. et sic semper esset dubiũ vtrum recipiens sacramentuz reciperet verum sacramentum si reꝑreret bonitas ministratis sacra. Cũ eñ talis ptãs administrãdi nõ sit nisi auctoritas administrãdi ipas res exteriores visibiles ꝛ ꝟba auditoria. ꝛ ista xp̃s dat gratiã inuisibilem in ipsis sacramentis. ideo postꝯ

Malicia sacerdotis nichil facit ad sacramẽtũ.

minister nichil dat inuisibile in anima nec pōt. sequitur q̄ bonitas vel malicia nichil facit ad virtutem sacramēti. dum tamē faciat sicut xp̄s ordinauit fieri. vñ non est nisi coadiutor et cooperator xp̄i exterius. Sicut em̄ homo bonus siue malꝰ nichil variat ad generationē corpalem. dā etiam deus dat aiam corpori siue sit generatū ab homine bono vel ab homine malo. ita q̄ nec̄ malicia nec̄ bonitas impedit dn̄ dare aiam ita etiā bonitas vl̄ malicia ministri nichil impedit dn̄ dare gr̄am sacramētis. dā semper det gratiam in sacr̄is. dā ipsū sacramētū est sicut corpus et gratia est sicut aia. Sicut ḡ deus nō denegat aiam corpori gñato a malo hoīe ita nō denegat gratiam sacr̄o administrato a malo ministro. Vñ sacramenta sūt ipsius xp̄i qui ea ordinauit z nō sūt ministri. et ideo in re ministrata nichil facit bonitas vel malicia ministri. Et quia aliud est gratia. et aliud est ptās seu caracter impressus in aia ideo etiā q̄ uis aliquis perdat gr̄am sibi datā in baptismo. z fit in peccō pōt tn̄ recipere sacramentū ordinis. et per p̄ns pōt recipere talem ptātē spūalem z caracterem. quia nō presupponit gratiam seu bonitatē persone de necessitate. sed solū requirit de necessitate q̄ sit xp̄ian⁹. Et sic appet q̄ per talē ptātē nemo efficit melior alia rōne ptātis z auctoritatis accepte. Sz q̄m talis persona que recipit talē z tā excellentē ptātē administrādi z dispensādi tā sctissimas res sicut sūt sacr̄a. dz superare alios bonitate. sicut supat ptātē et auctoritate et officio. dā talia sacramenta non possunt digne administrari nisi persona administrās habeat excellentem bonitatem. ideo q̄ uis sacr̄m ordinis sit institutū principaliter ad dandū ipsam ptātem spūalem. tn̄ er̄ n̄ti etiam dat gr̄az spūalem sicut alia sacramenta. sine qua nō pōt talis potestas digne exerceri. Si ergo persona recipiens sacramentum ordinis habet gr̄am que datur in alijs sacramētis tunc augetur et crescit in illo sacramento et datur copiosior. si autem non habet gratiam. sed est in peccato mortali scienter. tūc nulla grat̄a recipit sz auget culpā z solū recipit ptātē q̄ nō requirit bōitatē ō necessitate nec gratiam. Nemo igitur volens recipere sacramenta salutis intromittat se de bonitate vel malicia ministri qui dispensat et ministrat sacramētum. sed solum respiciat sacramentum z virtutem sacramenti. et illum qui instituit et ordinauit ipsum sacramentū. s. xp̄z. Nemo credat q̄ plus recipiat a bono q̄ a malo ministro de virtute sacr̄i. quia minister nullam virtutē dat illi sacr̄o. sz solum ille qui instituit et ordinauit. et cuius nōie sacr̄m recipit. Quid em̄ facit bonitas vl̄ malicia apothecarij in administratiōe medicie? Si ei medicia de se bona sūt z hz frutū. nichil impedit bōitas vl̄ malicia dispēsantis. sufficit q̄ administret sic dz z sic medicꝰ scripsit z ordinauit.

Caracter nō p̄supp̄ōit gratiam i recipiente.

In ordine sacr̄o copiosior gratia quā in alijs sacramētis n̄ti gratia

Q; ptās spiritualis seu sacramentum ordis pmo et principaliter respicit pncipalissimum sacm quod est corpus et sanguis xpi ⁊ ad illud ordiat.

Titulus.cccviij.

QUoniam autem necessaria ē ptās dispensandi ⁊ adminīstrādi sacra ad danduz ptātem talem est ordinatū sacramentum ordinis. Et q; ipa ptās ⁊ auctoritas est ppt ipa sacra. ideo pmo et principaliť debet respicere sacramentū pncipalissimum et maximū. Unde principalis gradus ⁊ maxim⁹ ptātis est respectu pncipalissimi ⁊ excellentissimi sacri. et ab illo sacdo debet talis potestas denominari tanq̄ a digniori et nobiliori. Et q; sacm corporis et sāguis xpi est pncipalissimum et dignissimū ⁊ maximum vt iam declaratum ē q; in eo cōtinet tot⁹ xps qui ē deus et hō pfect⁹. ideo seq̄t q; sacm ordis pmo et principaliter et de directo respicit ptātem q̄ datur hōi supra sacm corpis et sanguinis xpi. et ppt illud sacramentum pncipaliť sacm ordinis ē institutum et ordinatum. Et quia gradus illius potestatis ē vltimus. ideo fieri dz ascensus ppter nobilitatem talis g̃dus per alios gradus. ita q; debet p̄cedere alias ptātes i. ē eriores gradatim ordinatas. q; cōgruum et dignum est. vt qui debet ascendere et leuari ad tantam et talem potestatem. q; ascendat per gradus. Si em̄ tinctor qui vult ponere in panno crudo nobilissimū colorem vltimuz. primo ponit in pāno alios colores minus nobiles et gradatim ascendendo donec pannus sit dignus recipere colorez vltimum nobilissimum. quātomagis debet recipere tantam dignitatem ⁊ ptātem adminīstrandi sacm corpis ⁊ sāguis xpi. dz pmo recipere alias ptātes min⁹ nobiles et inferiores gradatum ascendēdo? Et ideo sunt primo ser gradus ordinati seu ser ptātes seu officia anteq̄ pueniat ad officiū et ptātem supra sacm corporis ⁊ sanguis xpi. q; solēnitas et dignitas illius adminīstratiōis ⁊ dispensationis req̄rit tot officia et ptātes distinctas. et ideo sacramentum ordinis continet septē gradus ordinatos q̄ oēs ordinātur ad. vnū sacm. s. corporis et sanguinis christi. et iō q̄uis sint septē th̄ oēs sunt vnū sacm ordinis. q; ser pmi ordinantur ad septimū. ⁊ septim⁹ imediate ordiatur ad sacramētum corpis et sangnis xpi. ⁊ iō ser primi gradus sunt submīnistrantes et subseruientes. Sicut em̄ in hoie sunt ptātes i alia per gradus inordinate. vt iam fuit declaratum in capitulo de obligatiōe. ita q; sunt ptātes infime medie et suprēme. quia sunt potestates vegetatiue sensitiue. et vltimo ptās digniot ⁊ suprema scilicet intellectiua et liberi arbitrij. et omnes potestates inferiores sunt propter liberum arbitrium. ita similiter est in potestatibus spiritualibus. quia sunt potestates infime. medie et suprēme. ad quā scilicet suprēmam omnes alie ordinantur. Iste autem pote-

Ti. cclxx. xvij.

Q; septē sūt ordines.

Ti. cclxxij. ⁊c.

states spirituales multiplicātur et distinguūtur per respectum ad sacramētū corpis xpi.

Oēs ordines ordinant ad sacrm corpis xpi.

Quia sacramētum ordinis ordinatur ad sacrm sacrorz. Unde ppinquissima z principalis potestas ē ad consecrationē illi⁹ sacramenti. z hec potestas est ordo sacerdotalis z sacerdotū Alie vero ptātes sunt ad ordinandum aliquod ministerium in illo sacramento. ita q̄ coopātur potestati sacerdotali. et hoc vel in ordine ad ipm sacramentū. vel in ordine ad ipsuz sacramentum suscipientes. Et ideo fm q̄ requirit perfectio et complementū ipsi⁹ officij z ministerij. fm hoc multiplicantur ipse potestates spirituales. Nam oportet aliquos ministrare q̄si remotiori. et aliquos a propriori. et aliquos a medio modo vt nihil deficiat in tāto ministerio quod debet esse summe ordinatum. Et ideo sunt septē ptātes seu gradus. Primus incipiendo ab infimo. est gradus ostiarij seu potestas ostiarij. secundus lectoris. tertius exorcistē. quartus acoliti. quintus ē subdyaconi. sextus dyaconi. septimus et vltimus presbyteri seu sacerdotis Et quilibet istorum graduz habet suam potestatem distinctam. et suam propriam operationem que respicit sacramentum eucharistie modo ordinato. Sed quia tales persone que accipiunt tales potestates spirituales assumuntur de alijs et eleuantur supra alias personas. iō oportet q̄ sit ibi quedam distinctio visibilis vt tales persone distinguantur ab alijs. Et ideo primo et ante omnia precedit tonsura in capite ad distinguēdū Et sic apparet qualiter pars clericalis eleuatur per gradus ordinatos super partem laicalem. et ideo est ibi primus ordo superioritatis et inferioritatis inter partem clericalem et laicalem per talem potestatem. Deinde in ipsa parte clericali fit superioritas et inferioritas per gradus ordinatos z distinctos. Et ideo pars clericalis ē ordinata in se et infra se per talem potestatem spiritualem. et ideo recte sacramentum in quo datur ipsa potestas spiritualis dicitur sacramentum ordinis. z primo ordinat duas partes generales in xpianitate. s. clericalem et laicalem. deinde ordinat partem clericalem in se dando distinctos grad⁹ potestatis. Et ideo sacramentum ordinis est ordinatiū distinctiū et potestatiuum.

¶ Comparatio istarum potestatum spiritualium et ordinatarum ad ordines aliarum rerum.

Titulus. cccviij.

POssumus ergo comparare ordinem potestatū spiritualium. ad ordinem aliarum rerum vt magis cognoscantur Unde sicut videmus q̄ potestates naturales que sunt in homine duobus modis reperiuntur scilicet diuisim et coniuncti quia potestates vegetatiue reperiuntur in arboribus z in plātis. et ibi non sunt potestates sensitiue nec ptās liberi arbi-

Ptās naturalis.

trū.et ſimiliter ptātes ſenſitiue ſūt in aialibus.ꝛ ibi nō reperīt ptās liberi arbitrij. deide i homine reperītur oēs ptātes inſil' ꝓiuncte et ordinate ꝛ nulla deficit ita ꝙ totum cōplementum eſt in hoie nec aliq̄ ptās naturalis pōt ei addi maior.quia i ptāte liberi arbitrij eſt ſtatus. Ita ꝓportionabiliter ptātes ſpiāles ſeu officia que ſunt propter hominē ꝛ debēt ꝓportionari hoi reperītur cōſtituti ꝛ diuiſum. quia reperiunt̄ ꝑſone in q̄bus ſolū eſt tōſura clerical' et nō plus.ꝛ ēt ꝑſone in quib⁹ ſūt q̄ttuor minores ordines ꝛ nō plures. et ēt ſūt perſone in q̄b⁹ eſt ordo ſubdyaconatus tm.ꝛ ēt in quibus eſt ordo dyaconatus et nō pl⁹ et vltra hoc oēs iſte ptātes inſimul ꝓiūcte ſunt in ſacerdote et vltra hoc ptās ſacerdotalis eſt quaſi cōplementū ꝛ cōſūmatio oīm.et ſic in ſacerdote eſt totus cōplementū ſicut in homine.

Sacerdotiū ē ꝑplmētū oīz ordinū.

Sicut ergo ſe habet poteſtas liberi arbitrij ad alias ptātes naturales ſic ſe habet quodāmodo poteſtas ſacerdotalis ad alias poteſtates inferiores. Et ſicut ſupra liberum arbitriū nō eſt alius gradus poteſtatis naturalis.ita ſupra gradum ſacerdotalem non eſt alius gradus poteſtatis ſpiritualis. Et ſicut omnes poteſtates naturales ſunt propter liberum arbitrium et ei ſeruiunt vel miniſtrant mediate vel immediate et per quēdam ordinem.ita omnes poteſtates ſpiāles inferiores ſunt propter ſacerdotalem poteſtatem et ei ſeruiunt ꝛ miniſtrant mediate vel immediate. Et ſicut ptātes naturales inferiores nobilitantur in homine.quando ſunt coniuncte cum libero arbitrio quod eſt diguiſſimum in natura.ita ꝙ ſūt magis excellentes. q̄s q̄ ſunt ſeparate a libero arbitrio in rebus alijs.ita conformiter inferiores ſpirituales ptātes nobilitantur in ſacerdote. quia ſūt coniuncte cum ptāte ſacerdotali.Item ſicut ptātes inferiores naturales.ſ.vegetatiue et ſenſitiue non ordinant̄ ad deū immediate.ſed mediante libero arbitrio. nec vniuntur nec loquuntur cum deo immediate.ſed poteſtas liberi arbitrij immediate ꝛ ſine aliquo medio ordinatur ad deum et vnitur cum deo immediate.et cum deo loquitur immediate. ita ꝙ inter liberum arbitrium et deum nullum cadit medium. ita conformiter poteſtates ſpirituales inferiores non ordinantur immediate ad ſacramentū eucharitie in quo eſt chriſtus qui eſt verus deus. nec vnitur cum ſacramento immediate.ſed ordinantur ad ipſum mediante poteſtate ſacerdotali. ſed ipſa poteſtas ſacerdotalis immediate ordinatur,ad ipſum ſacramentum eucharitie et vnit cum eo et per conſequens cum chriſto.et inter ipſam poteſtatem ſacerdotalem et ſacramentum eucharitie nullum eſt medium. Et ſic liberum arbitrium eſt propinquiſſimum deo p naturalem poteſtatem. ita ſacerdos eſt propinquiſſimus ipſi ſacramento eucharitie i quo eſt deus per poteſtatem ſacer-

Oēs ordines nobilitāt i ſacerdote.

Sacerdos ꝙnis malꝰ ē p pissimꝰ eucharistie.

dotalem. Et sicut ꝙnis liberuz arbitrium sit deformatum per maliciam. attamen est propinquissimum deo per naturam. ita ꝙnis sacerdos sit deformatus per maliciam. attamen est propinquus isti sacramento p potestatem sacerdotalem que semper manet. Et sicut liberuz arbitrium est immortale et semper durat. ita potestas sacerdotalis est immortalis et semper durans. Item etiam sicut omnes creature inferiores in quibus sunt omnes potestates inferiores naturales ad deum reducuntur mediante homine qui immediate est coniunctus deo per liberum arbitrium. ita ꝙ homo est medius inter deum et omnes creaturas per naturam. ita omnia que sunt infra sacerdotem et omnes gradus inferiores et etiam pars laycalis reducuntur ad sacramentum eucharistie. et p consequēs ad deum mediante sacerdote qui est coniunctus immediate ipsi sacramento eucharistie in quo est deus et hoc per potestatem sacerdotalem et dignitatem. ita ꝙ sacerdos est medius per suaz potestatem inter christum qui est in isto sacramento et omnes alios inferiores.

per sacerdotē oēs reducunt ad deum.

Et sicut in homine continētur omnes creature inferiores. et homo habet conuenientiam cū omnibus. ex ideo reducit oēs creaturas ad deum. vnde homo continet in se naturam elementorum et arborꝫ et aliorum. ita conformiter continentur in sacerdote omnes inferiores gradus. et infima pars christianitatis. et cum omnibus habet cōuenientiam ipse sacerdos. quia continet primo in se partē laycalem quia primo fuit laicus sicut et alij. et retinet in se totuz illud quod in illo statu receperat et etiam continet in se omnes gradus inferiores. et ideo sacerdos quasi omnia in se continens reducit omnia ad deuz in sacramēto eucharistie et ois ibi coniungit. Et sicut pas liberi arbitrij et natura sua est supra alias potestates naturales. ita potestas sacerdotalis et natura sua propria est supra omnes alias prates spūales. Et sicut est vnus primꝰ homo solus quem deus fecit ꝓmo per manus suas. et per illum fecit et multiplicauit alios homines in natura. ita similiter non est nisi vnus primus sacerdos quem deus primo fecit per manus suas. et per illum fecit et multiplicauit omnes alios homines sacerdotes et ille homo ē christus. qui est solus et verus sacerdos qui immediate ē coniunctus deitati. Sic igitur quodāmodo sicut se habet homo in natura per potestatem liberi arbitrij ad omnes inferiores et ad deum. sic se habet sacerdos per potestatez sacerdotalem in ptinentia ad omnes inferiores et ad sacm eucharistie in quo est deus. Sicut enim homo respicit deum i natura. ita sacerdos respicit sacramēta in quibꝰ est deꝰ. ¶ Item etiā alia cōparatio potest fieri ad pannū q recipit colores. Q sicut colores reperiūt duobꝰ modis scilicet diuisum et cōiunctum

Xps ē primꝰ sacerdos.

quia tinctor volens ponere colorem aureum seu nobilissimum in aliquo panno. primo ponit alios colores minus nobiles & inferiores per suos gradus. & paulatim pannus recipit colores sem⁹ ascendendo ad nobiliorem colorem donec deveniat ad vltimū colorem & intentū et ibi est finis et ꝑfectio omnis isti colores sint ꝑfecti insimul in vno pānō. attn etiā sunt diuisi in pluribus pannis. ita q̄ vnus pānus habet vnū tm̄ colorē & alius aliū. et sic de aliis. Ita quodāmō fit in ptātibus spūalibus ordinatis q̄ dant̄ in sacro ordinis ordinato mō ꝛsē per ascendendo de vna ptāte ad aliā donec deveniat ad sacerdotiū qō est vltim⁹ gradus et vltim⁹ ordo. Sic ꝫ apparet qualiter ordo potestatū spūalium ⁹formal quodāmō ordinib⁹ ptātū naturaliū q̄ sūt in homine et etiā in ordinibus aliarū rer. Uñ quia oīa sūt ꝓpter hominē et etiā sūt in hoie. ꝙuenit ens est q̄ omnia ꝓportionent hoi. Et si ordo est in rebus naturalib⁹ cōueniens est q̄ sit ordo in rebus spiritualibus q̄ sūt ꝓpter aliam rōnalē. de cui⁹ natura ꝓprie ē cognoscere ordinē et omnia agere ordinate.

¶ Q̄ sicut ptās sacerdotalis respicit principaliter sacrm̄ eucharistie. ita etiā ꝑ ⁹sequens scōdario respicit sacramētū penitentie.

Titulus.cccix.

ET quoniā sacramentum ordinis in quo datur potestas spiritualis respicit ipsa sacramenta et ad ipsa ordinatur ideo oportet q̄ talis potestas detur ſm q̄ ipa sacramēta exigūt & requrunt. Et iō q̄ iā dictū est in sacramento pñie q̄ illud fit ꝑ modū iudicij ꝓticularis et secreti. et q̄ ibi est necessarius iudex particularis q̄ audiat et discutiat pctā et discernat et iudicet. et hoc de necessitate exigit sacramentum. et q̄ nullus potest iudicare nec exercere officium iudicandi nisi receperit potestatem et auctoritatem ab illo cuius sūt illi qui peccāt. iō necessaria ē auctoritas & ptās iudicādi pctā & absoluendi ꝓpter sacrm̄ pñie. Uñ cū declaratum sit q̄ nullus debet suscipere sacramentū corporis xp̄i q̄ sit in lapsu secundo quia oportet primo q̄ resurgat et recuperet vitā et hoc nō pōt fieri nisi ꝑ sacramētū penitētie. et sacramētū pnie nō potest fieri nisi sit aliqs qui hz potestatez et auctoritatez iudicandi pctā et absoluendi. ideo concluditur q̄ necesse est q̄ talis potestas iudiciaria detur in sacramento ordinis. Et quia ista potestas est colligata cum potestate dispensandi sacramentum eucharistie. quia homines non possunt recipere tale sacramentum nisi absolutātur prius a peccatis. ideo sicut sacerdos ꝑ sacramentum ordinis recipit potestatem supra sacramētum corporis christi. ita recipit ex cōsequenti ptātem supra sacramentū penitentie. quia ad vnā sequit alia. Et sic sacerdos recipit potestatē absoluendi & iudicādi. et talis potestas vocatur clauis que aperit homini lapso vt intret in sacramen-

Q̄ ptās ligādi et soluēdi detur i ordine sacerdoti.

Clauis dicitur.

tum corporis christi. et ipsum recipiat. et per consequens introducit hominem in societatē fidelium xpianorum et amicitiam dei. et per consequens in regnū celorum ꝙ antea erat extra propter peccata. Sicut aūt sacerdotalis potestas recipit sacramentū eucharistie et ex ꝓsequenti sacramentū penitentie ita ēt recipit oīa sacramenta q̄ purgant pctā sicut est sacramentū baptismi. qñ concordat cū sacramento penitētie vt declaratū fuit. sed nō requirit tāta potestas in sacramento baptismi sicut in sacramento penitentie. quia illud non fit per modum iudicij. sed sufficit aquam administrare cum verbis ordinatis et non oportet sibi iudicare nec audire pctā illius qui recipit aquam baptismalem sed in sacramēto penitētie necesse est ꝙ homo submittat se totaliter potestati sacerdotali que est potestas iudicandi et absoluendi et etiam refutandi et ideo in isto sacramento administrando requiritur specialis potestas que non requiritur in baptismo. Item etiam quia sacramentum extreme vnctionis purgat peccata ideo ex consequenti etiam sacerdos recipit potestatem administrandi illud sacramentū Et sic sacerdos per sacramentum ordinis recipit potestatez administrandi et dispensandi ac cōferendi sacramentum eucharistie ꝓncipaliter quia ad illud ordinatur. z ex consequenti ad sacramentum penitentie baptismi z extreme vnctionis.

QOd administratio sacramenti ordinis requirit excellentiaz et preeminentiam potestatis supra potestatem sacerdotalē.

Titulus. cccr.

Quoniā aūt ordo est sacramentū sicut z alia sacra. ideo sicut necessaria est potestas et auctoritas dispensandi administrandi et dādi alia sacramenta. et ꝓpter hoc institutum et ordinatū est sacramentū ordinis in quo daretur auctoritas z potestas dispēsādi administrandi z cōferendi alia sacramenta. sic etiā necessaria ē potestas dispensādi administrandi z cōferendi ipz sacramētū ordinis. quia alias nō esset complementum in sacramentis. et talis potestas oportet ꝙ habeat excellentiaz ēminentiā z dignitatē supra potestatez q̄ datur supra sacramentum ordinis. Et ideo necesse est ꝙ vlterius fiat ascēsus et eleuatio supra potestatez sacerdotalem. q̄ fuit vltima in sacramento ordis. z sic oportet ꝙ fiat superioritas z inferioritas vlterior. Et ideo sicut oēs xpiani cōueniunt primo in susceptione sacramentoz z in hoc erant equales. et postea ex illis eleuant aliqui qui recipiāt potestatez administrādi ipa sacramenta. et tales sunt sacerdotes: ita ꝓsimiliter oportet ꝙ ex sacerdotibus qui sunt equales per sacramentum ordinis aliqui eleuentur vlterius super alios sacerdotes qui habeant potestatem administrandi et conferendi sacramentum ordinis. Sicut enim qui recipit

Ptās ordinādi ē supra sacerdotū.

